Panaetius, geb. um 180 v. Chr., Schüler des Stoikers Diogenes von Babylon, Freund des jüngeren Scipio, Lilius und Q. Mucius Scävola (daher *illius tui*, vgl. 17, 75), wirkte längere Zeit als Lehrer der stoischen Philosophie in Rom und wurde später in Athen das Haupt dieser Schule, welche er der akademischen und bes. der peripatetischen wieder näher brachte. Seine Schrift *περὶ τοῦ καθήκοντος* benützte Cic. als Quelle für die Bücher de off. Mnesarchus ist sein Nachfolger in der Leitung der Stoa, sowie Diodorus der Schüler und Nachfolger des Critolaus, welcher als Haupt der peripatetischen Schule mit Carneades und Diogenes von Babylon 155 von den Athenern an den römischen Senat abgesandt wurde.

46. *clari*, sonst mehr von der durch staatsmännische und kriegerische Verdienste erworbenen Berühmtheit gebraucht; jedoch vgl.

nibus una paene voce repelli oratorem a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina rerumque maiorum scientia ac tantum in iudicia et contumelias tamquam in aliquod pistrinum detrudi et compingi videbam. Sed ego neque illis  
47. adsentiebar neque harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo, Platoni, cuius tum Athenis cum Charmada diligentius legi Gorgiam; quo in libro hoc maxime admirabar Platonem, quod

auch II. 38, 157: *ex tribus istis clarissimis philosophis* (welche kurz vorher § 155 *nobilissimi* geheissen hatten).

*doctrina* 'höhere Bildung'.

*tantum*, wie 15, 65; es findet sich aber bei Cic. nur selten als Adverb.

*in iudicia* — *detrudi*. Die chiasmatische Stellung des dritten Gliedes nach der anaphorischen der beiden vorhergehenden ist in der dreigliedrigen Periode sehr beliebt; vgl. p. Mil. 8, 20: *luget senatus, maeret equester ordo, tota civitas confecta senio est cet.*

*contumelias*, in verächtlichem Sinne, wie häufig *muliercula*, *Graculus* u. ä.

*tamquam* in —. So wird die Präpos. in Vergleichen nach *tamquam* und *quasi* regelmässig wiederholt, vgl. II. 6, 22: *ex urbe tamquam e vinculis*; ebds. 22, 94; 57, 234; III. 39, 157.

*detrudi*, weil die Stampfmühle, bei welcher die Sklaven schwere Arbeit zu verrichten hatten, sich im Erdgeschoss befand. Den bildlichen Ausdruck *pistrinum* braucht auch Antonius II. 33, 144 zur Bezeichnung des geplagten Lebens der Redner überhaupt. Zum Gedanken vgl. Tac. dial. 32: *ut — in paucissimos sensus et angustus sententias detradant eloquentiam velut expulsam regno suo.*

47. *harum disputationum*, solcher Untersuchungen über Wesen und Zweck der Beredsamkeit, wie im Phädrus und Gorgias.

*inventori et principi*, wie 19, 91. So wird auch Tusc. disp. I. 21, 48 Epicur *inventor et princeps der cognitio naturae*, und Zeno Acad. II. 42, 131: *inventor et princeps Stoicorum* genannt.

*longe* — *eloquentissimo*. So fest also war des Crassus Ueberzeugung, dass sie selbst durch die so bereit entwickelten Gründe Plato's nicht erschüttert werden konnte. An dem Ausdruck *in dicendo* — *eloquentissimo* ist kein Anstoss zu nehmen, da sich die Kunst der Beredsamkeit eben in der Darstellung zeigt. Hinsichtlich der Wortstellung vgl. z. 9, 38: *eloquentia*.

*Gorgiam*, in welchem Dialog mit der Sophistik zugleich die Rhetorik, die mit ihr identificirt wird, gegenüber der Philosophie verspottet wird; vgl. III. 32, 129: *Leontinus Gorgias, quo patrono, ut Plato voluit, philosopho succubuit orator*; und zu I. 22, 103.

*quo in libro*: hinsichtlich dieses Buches. Es wird die Grundlage oder der Boden bezeichnet, auf welchem sich die Thätigkeit des Subj. bewegt; vgl. II. 78, 316: *In quo admirari soles non equidem istos cet.*; Tusc. disp. V. 9, 24: *vezatur autem (Theophrastus) ab omnibus primum in eo libro, quem scripsit de vita beata*; ebds. III. 18, 39: *in quo haec admiratio ferebat*. In diesem Sinne steht *in* öfters bei Verben des Affects. *hoc*, Abl. causae, wie *eo, quod* Tusc. disp. I. 13, 30; 37, 90.

mihī [in] oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur. Verbi enim controversia iam diu torquet Graeculos  
 48. homines contentionis cupidiores quam veritatis. Nam si quis hunc statuit esse oratorem, qui tantummodo in iure aut in iudiciis possit aut apud populum aut in senatu copiose loqui, tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est. Neque enim sine multa pertractatione omnium rerum publicarum neque sine legum, morum, iuris scientia neque natura hominum incognita ac moribus in his ipsis rebus satis callide versari et perite potest. Qui autem haec cognoverit, sine quibus ne illa quidem minima in causis quisquam recte tueri potest, quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Sin oratoris nihil vis esse nisi composite, ornate, copiose loqui,

*oratoribus irridendis* = cum oratores irridebat, wie II. 9, 34: *qui actor imitanda, quam orator suscipienda veritate iucundior*; 61, 251: *ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso*.

*Verbi enim cet.*, mit nicht unverdienter Geringschätzung von den damaligen Griechen gesagt; vgl. 22, 102; 51, 221 und zu § 46: *contumaculus*.

48. in iure, s. z. 10, 42 und vgl. 38, 173 *haerere in iure ac praetorum tribunalibus*; aut in iud., s. z. 9, 35: *aut — aut*; *morum*, nicht *moris*, wie 10, 39.

*natura hominum*, nicht *naturis*, weil das allen Menschen gemeinsame Wesen gemeint ist.

*incognita*. Die Regel, dass alle zusammengesetzten Partic. nur adjectivisch gebraucht werden, ist auch für Cic. nicht ohne Einschränkung zuzugeben, vgl. 21, 96: *insperanti* und de deor. n. II. 29, 73: *ceteros causa incognita condemnatis*; de or. II. 19, 82: *Nam ego mihi benevolam iudicem facilius facere possum, cum sum in cursu, quam cum omnia sunt inaudita*; Tac. ann. IV. 11, 1 und oft bei den Späteren.

*moribus*. Aus der Verbindung mit *natura hominum* ergibt sich, dass dies Wort hier eine andere Bedeutung hat, als das vorhergehende *morum*.

*callide*: einsichtig, wie 20, 93; 23, 109 u. ö.; *perite*, gewandt, sicher. *minima*, neml. *satis callide et perite versari*. Sinn: Wer Staatskunde, Gesetzeskunde und die Kenntniss der Psychologie sich angeeignet hat, dem fehlt überhaupt nichts Wesentliches mehr an der philosophischen Bildung.

*abesse*. Vgl. Brut. 80, 276: *hoc unum illi, si nihil utilitatis habebat, afuit, si opus erat defuit*; de or. II. 47, 196: *quibus omnibus verbis, quae a me tum sunt habita, si dolor afuisset meus (= si dolore caruissent meo), non modo non miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea*; ebd. 70, 281; de deor. n. II. 13, 37: *neque enim est quoquam aliud praeter mundum, cui nihil absit*; de leg. I. 2, 5: *abest historia litteris nostris*, u. a.

*maximarum rerum*, d. i. von der Philosophie.

*Sin oratoris cet.* bezieht sich auf 10, 44: *ut prudentibus — videre dicere*, wie vorher *Nam si quis cet.* auf 10, 44: *ut in iudiciis — valeat oratio*.

quaero, id ipsum qui possit adsequi sine ea scientia, quam ei non conceditis? Dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicet, ea, de quibus dicet, percepta sunt, exstare non potest. Quamobrem, si ornate locutus est, sicut et fertur et mihi videtur, physicus ille Democritus, materies illa fuit physici, de qua dixit, ornatus vero ipse verborum oratoris putandus est. Et, si Plato de rebus a civilibus controversiis remotissimis divinitus est locutus, quod ego concedo; si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis, de quibus disputaverunt, eloquentes et in dicendo suaves atque ornati fuerunt, sint eae

*sine ea scientia*. Dieses Wissen ist zwar vorher nirgends ausdrücklich definiert, ergibt sich aber aus der ganzen Rede des Scävola § 35—44: es ist das polyhistorische Wissen, welches ausser der Gesetzes- und Staatskunde auch noch die Kenntniss der Litteratur, Geschichte und der Philosophie im allgemeinen umfasst und die Grundlage derjenigen Geistesbildung ist, welche eine wohlgeordnete (*composite*), im Ausdruck und Gedanken schmückvolle (*ornate*) und gehaltreiche (*copiose*) Darstellung möglich macht. Dieses allgemeine Wissen, welches auch noch mit den Worten *ea, de quibus dicet, percepta sunt* bezeichnet wird, ist wohl zu unterscheiden von den speciellen Fachwissenschaften, zu denen auch das Detail der philosophischen Materien gehört, und es findet sich also in dieser Darlegung des Crassus kein Widerspruch. Festzuhalten ist dabei immer, dass die Ausdrücke *ornatus, ubertas in dicendo et copia, artificium, expositio* u. ä. sich nicht bloss auf den Ausdruck, sondern zugleich auf die Gedanken, welche die Darstellung anziehend machen, beziehen.

*conceditis*, wie unten 14, 59: *du mit denen, welche deine Ansicht theilen*; ähnlich 21, 96: *deliberemini*.

*dicet — potest*. Dieselbe Uehertragung eines allgemeinen Grundsatzes auf einen einzelnen zukünftigen Fall findet auch statt II. 42, 178: *nihil est enim in dicendo maius, quam ut favent oratori is, qui audit*.

*percepta sunt*, nicht *sint*, ist richtig, weil der Conj. Präs. im Bedingungssatz neben dem Ind. Präs. im Hauptsatz nur in der 2. Pers. Sing. zur Bezeichnung des deutschen man steht.

*exstare*: zur Erscheinung gelangen, sich herausstellen, = *conspicua esse*, wie 16, 72: *apparet atque exstat*; III. 26, 101: *exstare atque eminere*. Verschieden davon ist I. 12, 53: *existere*.

49. *physicus ille Democritus*, s. z. 10, 42. Es heisst nicht *Democritus ille physicus*, weil Democrit hier nur als Vertreter der ganzen Schule angeführt wird und auf letzterer der Nachdruck liegt; ebenso § 45: *Peripateticoi Critolai*.

*eloquentes*. Da dieses Wort den allgemeineren Begriff der Darstellung schon in sich fasst, so konnte *in dicendo* dabei fehlen (aber auch stehen, vgl. § 47), dagegen nicht bei den folgenden Adj. Vgl. 36, 137: *Atqui non defuit illis patronis — eloquentia neque dicendi ratio aut copia sint haec res*. So steht immer das Verbum an der Spitze eines concessiven Hauptsatzes mit nachfolgender Beschränkung nach einem vorhergehenden Bedingungssatze; vgl. Acad. II. 32, 105: *Haec si vobis non pro-*



res, de quibus disputant, in aliis quibusdam studiis, oratio quidem ipsa propria est huius unius rationis, de qua loquimur et quaerimus. Etenim videmus iisdem de rebus ieiune quosdam et exiliter, ut eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum, disputavisse neque ob eam rem philosophiae non satis fecisse, quod non habuerit hanc dicendi ex arte aliena facultatem. Quid ergo interest? aut qui discernes eorum, quos nominavi, in dicendo ubertatem et copiam ab eorum exilitate, qui hac dicendi varietate et elegantia non utuntur? Unum erit profecto, quod ii, qui bene dicunt, adferunt proprium, compositam orationem et ornatam et artificio quodam et expolitione distinctam. Haec autem oratio, si res non subest ab oratore percepta et cognita, aut nulla sit necesse est aut omnium irrisione ludatur. Quid est enim tam furiosum, quam verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sententia nec scientia? Quicquid erit igitur quacumque ex arte, quocumque de genere, id

*bamus, sint falsa sane, invidiosa certe non sunt; Brut. 84, 289: Qua re si anguste et exiliter dicere est Atticorum, sint sane Attici, sed in omittum veniant. studiis: Wissensgebiete; rationis: Fach, Gebiet.*

50. Chrysippus aus Soli in Cilicien, geb. 280 v. Chr., gest. 208, Schüler des Zeno und Cleanthes und Nachfolger des letzteren in der Leitung der Stoa, ein Mann von vielseitiger Gelehrsamkeit (Tusc. disp. I. 45, 108: *ut est in omni historia curiosus*) und dialektischer Schärfe, schrieb auch eine Rhetorik, vgl. de fin. IV. 3, 7: *scripsit artem rhetoricam Cleanthes, scripsit etiam Chrysippus, sed sic, ut, si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat.* Als Philosoph genoss er ein so hohes Ansehen, dass von ihm gesagt wurde: *ei mihi γὰρ ἦν Χρυσίππτος, οὐκ ἔν ἦν Στωά.*

*neque adversativ, wie II. 5, 19; 15, 62 u. ö.*

*ob eam rem, so stets bei Cic., nie eam ob rem.*

*satisfecisse, vgl. 37, 170: satis illi arti facere.*

*habuerit, s. z. 18, 83: dicebat.*

*ex arte aliena, vgl. 14, 62: de alieno artificio.*

12. *Unum erit*, so viel als: es wird sich bei der Vergleichung ergeben; daher folgt nicht wieder das Fut. sondern das Präs.: *adferunt. compositam*, wie 11, 48 und 15, 64; *ornatam*: blühend; *artificio quod. cet.*, *Ἐν δὲ δὴ οὐδὲν*: durch künstlerische Ausarbeitung verschönert oder gehoben. Der Acc. ist durch die Attraction von *proprium* zu erklären; vgl. 25, 114: *linguae solutio, cet.*

*Haec autem oratio cet.*, vgl. 5, 17; 6, 20; 11, 48.

*nulla sit*: überhaupt unmöglich.

51. *sonitus inanis*, vgl. Tusc. disp. V. 26, 73: *inanis sonus fundere. quocumque cet.*, abgekürzte Ausdrucksweise für: *et quocumque ex arte, quocumque de genere erit*; denn sonst findet sich *quicumque* und *quisquis* = *quicvis* nur in der Verbindung *quocumque ratione* und *quoquo modo*; vgl. 16, 67: *a quoquo.*

orator, si tamquam clientis causam didicerit, dicet melius et ornatus, quam ipse ille eius rei inventor atque artifex. Nam si quis erit, qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias atque causas et certarum rerum forensibus cancellis circumscriptam scientiam, fatebor equidem in his magis assidue versari hanc nostram dictionem; sed tamen in his ipsis rebus permulla sunt, quae ipsi magistri, qui rhetorici vocantur, nec tradunt nec tenent. Quis enim nescit maximam vim existere oratoris in hominum mentibus vel ad iram aut ad odium aut ad dolorem incitandis vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis? Quae, nisi qui naturas hominum vimque omnem humanitatis causasque eas, quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo quod volet perficere non poterit. Atque totus hic locus philosophorum proprius videtur; neque orator me auctore umquam repugnabit: sed, cum illis cognitionem rerum concesserit, quod in ea solum illi voluerint elaborare, tractationem orationis, quae sine illa scientia nulla est, sibi adsumet; hoc enim est proprium oratoris, quod saepe

*artifex*: der eine Kunst (ein Fach) praktisch auszuüben vermag, also: sachkundiger Techniker. Anders 6, 23.

52. *in his — versari*: sich auf diesem Boden — bewege.

53. *Quae*: die vorher bezeichneten Thätigkeiten des Redners. Als Prädicat erwartete man etwa *praestare non poterit*, und dies hat auch dem Schriftsteller zuerst vorgeschwebt; der längere Zwischensatz aber ist Veranlassung zu einem Anakoloth geworden, indem das Object in einer allgemeineren Form (*quod volet*) wiederholt und dem entsprechend auch ein anderes Prädicat (*perficere*) gewählt worden ist.

*quod volet*: seinen Zweck; vgl. die ähnlichen Umschreibungen 3, 10: *quod voluerit consecutus sit*; 5, 19: *quod expetunt consequi*; 26, 108: *quod quaerimus omittere*; 30, 135: *quo intendis u. a.*

*humanitatis*, s. z. 8, 32.

54. *Atque*: Nun freilich.

*hic locus*: dieser Abschnitt von den Affecten.

*me auctore*: nach meinem Rath oder wenn ich rathen soll, wie 59, 251; III. 14, 54: *Qua re istos omnis me auctore deridet.*

*tractationem orationis*: die durch die Sprache bewirkte Behandlung, sprachliche Darstellung, vgl. 23, 109: *tractatione dicendi* und zu 1, 1: *ambitionis occupatio.*

*illa scientia* = *illarum rerum scientia*: jene psychologische Kenntniss; *nulla*, wie 12, 50, aber ein hyperbolischer Ausdruck. Der Gedanke ist: Die Erforschung des systematischen Zusammenhangs mag immerhin der Redner dem Philosophen überlassen, aber eine Kenntniss dieses Kapitels überhaupt ist doch auch ihm unentbehrlich, nur muss er ausserdem noch die Fähigkeit zur formellen Behandlung besitzen; daher *sibi adsumet*, nicht bloss *sumet*, wie 37, 170; 50, 217.

iam dixi, oratio gravis et ornata et hominum sensibus ac  
 55. mentibus accommodata. Quibus de rebus Aristotelem et  
 Theophrastum scripsisse fateor. Sed vide ne hoc, Scae-  
 vola, totum sit a me. Nam ego, quae sunt oratori cum illis  
 communia, non mutuor ab illis: isti, quae de his rebus di-  
 sputant, oratorum esse concedunt. Itaque ceteros libros artis  
 56. saae nomine, hos rhetoricos et inscribunt et appellant. Et-  
 enim cum illi in dicendo inciderint loci, quod persaepe evenit,  
 ut de dis immortalibus, de pietate, de concordia, de amicitia,  
 de communi [civium, de] hominum [de gentium] iure, de aequi-  
 tate, de temperantia, de magnitudine animi, de omni virtutis  
 genere sit dicendum, clamabunt, credo, omnia gymnasia atque

13. 55. *Aristotelem*: in seiner noch vorhandenen Rhetorik, *Theophrastum*: in der verloren gegangenen Schrift *περὶ λέξεως*.

*vide ne* = ὄρα μή: siehe zu, ob nicht; vgl. 55, 235; II. 17, 71.  
*sit a me*, wie *stare ab aliquo*: auf jemandes Seite stehen, für ihn sprechen, = *pro me*, wie III. 20, 75: *Qua re hoc — non modo non pro me, sed contra me est potius*.

*non mutuor*, weil Crassus die Sachkenntnis ebenfalls dem Redner vindicirt; *isti*, insofern 9, 43 diese Männer von Scävola selbst angeführt worden sind; *concedunt* findet in dem folgenden Satze seine Erklärung, aber die ganze Darstellung macht die irthümliche Auffassung möglich, als ob von den genannten Philosophen jene psychologischen Fragen in keiner anderen Schrift behandelt worden seien. Es hätte vielmehr heißen sollen: *isti quoniam de his rebus in libris rhetoricis disputant, eas oratorum esse concedunt*.

56. *Et enim* cet. knüpft an *non mutuor ab illis* = *non concedo illorum propria esse* an, und *clamabunt* cet. vertritt einen logisch untergeordneten Gedanken = *quamvis licet clament*, worauf folgen sollte: *ego tamen, cum — concessero, illud oratori — dabo*; vgl. z. 1, 3: *Nam*. Der Gedanke ist der schon § 54 ausgedrückte: Wenn auch die Philosophen dieselben Gegenstände behandeln, so gehört doch ihre Kenntniss diesen so wenig eigenthümlich an, dass sie vielmehr als Gemeingut der Philosophen und Redner, ihre eindrucksvolle und fesselnde Darstellung aber als besondere Aufgabe der letzteren anzusehen ist.

*de communi hom. iure*: von dem Naturrecht, das sonst gewöhnlich mit *ius gentium* bezeichnet wird. Das Staatsrecht (*ius civile*) ist kein Gegenstand philosophischer Discussion und wird überdies § 58 noch besonders besprochen.

*aequitate* = *iustitia*; von den vier Cardinaltugenden ist die *sapientia*, die Grundlage der übrigen, nicht erwähnt.

*gymnasia*, weil die Philosophen in den Palästre und Gymnasien ihre Vorträge zu halten pflegten; vgl. II. 5, 21: *nam et saecula multa ante gymnasia inventa sunt, quam in eis philosophi garrive coeperunt, et hoc ipso tempore, cum omnia gymnasia philosophi teneant, discum audire quam philosophum malunt*.

omnes philosophorum scholae sua esse haec omnia propria, nihil omnino ad oratorem pertinere. Quibus ego, ut de his rebus in angulis consumendi otii causa disserant, cum concessero, illud tamen oratori tribuam et dabo, ut eadem, de quibus illi tenui quodam exsanguique sermone disputant, hic cum omni iucunditate et gravitate explicet. Haec ego cum ipsis philosophis [tum] Athenis disserebam. Cogebat enim me M. Marcellus hic noster, qui nunc aedilis curulis est, et profecto, nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermone interesset; ac iam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus. Iam vero de legibus *de conventis*, de bello de pace, de 58. sociis de vectigalibus, de iure civium generatim in ordines aetatesque discripto dicant vel Graeci, si volunt, Lycurgum aut Solonem — quamquam illos quidem censemus in numero

*propria*, s. z. 10, 44.

*nihil omnino*: schlechterdings nichts, wie *Tusc. disp. I. 3, 5: ut non multum, aut nihil omnino Graecis cederetur*. Dagegen *omnino nihil*: überhaupt nichts. So auch bei *nemo, nullus* und *omnes*.

57. *angulis*, im Gegensatz zu der Oeffentlichkeit des praktischen Lebens, vgl. de rep. I. 2, 2: *virtus in usu sui tota posita est, usus autem eius est maximus civitatis gubernatio et earum ipsarum rerum, quas isti in angulis personant, rapae, non oratione perfectio*.

*tribuam et dabo*, wie 11, 48: *tribuat et concedat*.

*exsanguis*, wie öfters von kraft- und schmuckloser Rede, vgl. ad *Her. IV. 11, 16: veniunt ad aridum et exsanguis genus orationis, quod non alienum est ex illo nominari*.

*cum* — *iucunditate*, vgl. 7, 27. Vorher steht der blosser Abl. *tenui* — *sermone*, um das Mittel zu bezeichnen, während die *gravitas* und *iucunditas* durch *cum* als ein hinzukommender Umstand dargestellt wird. *Athenis*, s. 11, 45.

*Cogebat*, wie jetzt Cotta und Sulpicius den Crassus und Antonius, vgl. 22, 99 ff.; II. 4, 15. M. Marcellus, der sonst nicht weiter bekannt ist, begleitete als ganz junger Mann den Crassus auf seiner Reise aus Asien.

*ludos*, vgl. 7, 24.

58. *de conventis*. Diese Privatverträge werden oft neben den *leges* unter denjenigen Gegenständen erwähnt, deren rechtliche Behandlung dem Redner nicht unbekannt sein darf; vgl. II. 27, 116 (II. 24, 100); *part. or. 37, 130: scriptorum autem privatum aliud est, publicum aliud: publicum lex, senatus consultum, foedus; privatum tabulae, pactum, conventum, stipulatio*. Das letzte Glied *de iure civium* fasst die vorhergehenden zusammen. *Vectigalibus* ist hier masc. = *stipendiarius*.

*generatim* — *discripto*: klasseweise unter (an) die Stände und Lebensalter vertheilt, d. h. nach Ständen — gegliedert. Diese Bedeutung hat *discribere* zum Unterschied von *describere*, vgl. II. 71, 288: *Sed haec ipsa nimis mihi videor in multa genera discriptisse*; p. Place, 7, 15: *quae seisceret plebes aut quae populus suberet summota contione di-*

- eloquentium reponendos — scisse melius, quam Hyperidem aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo et perpolitos, vel nostri decemviros, qui XII tabulas perscripserunt, quos necesse est fuisse prudentis, antepontant in hoc genere et Ser. Galbae et socero tuo C. Laelio, quos constat dicendi gloria praestitisse. Numquam enim negabo esse quasdam partis proprias eorum, qui in his cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt; sed oratorem plenum atque perfectum esse eum, qui de omnibus rebus possit copiose varieque dicere. Etenim saepe in iis causis, quas omnes proprias esse oratorum confitentur, est aliquid, quod non ex usu forensi, quem solum oratoribus conceditis, sed ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque adsumendum.
60. Quaero enim num possit aut contra imperatorem aut pro

*tributis partibus tributim et centuriatim descriptis ordinibus, classibus, aetatibus — iuberi veteraque voluerunt. Zu describere ius in ordines vgl. de leg. agr. II. 31, 85: duodena describit in singulos homines iugera.*

*Hyperides, geb. 396, gest. 322, wie sein grösserer Zeitgenosse Demosthenes (geb. 385, gest. 322) heftiger Gegner Philipps von Makedonien. Vgl. zu II. 22, 94.*

*perpolitos, vgl. z. 10, 42: ornati.*

*vel — antepontant in h. g. Ser. Galbae anakolutisch statt: vel — in h. g. quam Ser. Galbam, neml. dicant scisse melius; genere, wie 21, 97. necesse est, wie sich aus dem Inhalt der Zwölftafelgesetze ergibt. Die Vortrefflichkeit derselben wird auch unten 44, 195 gerühmt.*

*Ser. Galbae, s. z. 10, 40; C. Laelio vgl. 9, 35 u. Brut. 21, 84: ut ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest, in qua ipsa egregium Viriathi bello reperimus fuisse Laelium, sic ingenii, litterarum, eloquentiae, sapientiae denique etsi utriusque primus, priores tamen libenter defreunt Laelio.*

*praestitisse, wie III. 33, 135: Utroque in genere et elaboravit et praestitit. Gewöhnlich ist es mit einem Dat. verbunden.*

*59. partis, scil. eloquentiae, wie die Psychologie und die Rechtskunde, entgegengesetzt dem folgenden de omnibus rebus.*

*sed, neml. dicam, was aus numquam negabo = facile concedam zu ergänzen ist.*

*plenum atque perfectum, häufig mit einander verbunden, wie de fin. IV. 14, 36: perfecta et plena sententia; ad Her. II. 20, 31: perfectam et plenam argumentationem.*

*dicere, mit Nachdruck an das Ende gestellt, um den Gegensatz zu dem vorhergehenden cognoscendis atque tractandis hervorzuheben.*

*14. usu: Praxis; scientia, vgl. 3, 10.*

*promendum atque adsumendum, s. z. 8, 31: polita; adsumendum, neml. zu dem, was aus dem den Rednern eingeräumten usus forensis gewonnen wird; vgl. 12, 54; 29, 153 u. o.*

imperatore dici sine rei militaris usu aut saepe etiam sine regionum terrestrium aut maritimarum scientia; num apud populum de legibus iubendis aut vetandis, num in senatu de omni rei publicae genere dici sine summa rerum civilium cognitione et prudentia; num admoventi oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos vel extinguendos, quod unum in oratore dominatur, sine diligentissima peruestigatione earum omnium rationum, quae de naturis humani generis ac moribus a philosophis explicantur. Atque haud scio an minus vobis hoc sim probaturus; equidem non dubitabo, quod sentio, dicere. Physica ista ipsa et mathematica et quae paulo ante ceterarum artium propria posuisti, scientiae sunt eorum, qui illa profitentur; inustrare autem oratione si quis istas ipsas artis velit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem. Neque enim, si Philonem

*rei militaris usu: Erfahrung im Kriegswesen, wie Lael. 2, 5: multarum rerum usum; Caes. b. g. VI. 40, 3: nullo etiam nunc usu rei militaris percepto.*

*60. saepe, kurz für: wie der Fall oft liegt, wie es oft vorkommt, nemlich dass er dieser Kenntniss bedarf. Vgl. I. 1: saepe numero.*

*de omni rei p. genere: über alle Zweige der Staatsverwaltung. cognitione et prudentia, s. zu 8, 34: moderatione ac sapientia; summa: vollständig, wie ad Att. I. 16, 5: summo discessu bonorum.*

*admoventi: angewandt werden, dienen = adhiberi; vgl. or. 17, 55: ille perfectus —, utcumque se adfectum videri et animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum.*

*sensus, vgl. 51, 222; II. 45, 189.*

*unum, pleonastisch bei dominatur: den Ausschlag gibt, vgl. z. 8, 30 und or. 37, 128: in quo uno regnat oratio; ebds. 21, 69: id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum. Zum Inhalt vgl. 12, 53. rationum: Ansichten, Lehrsätze.*

*61. dubitabo. So steht das Fut. öfters auch in Bezug auf eine unmittelbar folgende Handlung, vgl. 12, 52: fatebor; 13, 59: negabo; 38, 172: dubitabo; 60, 256: repugnabo; II. 55, 150: complectar; ebds. 14, 60: fatebor.*

*quod sentio, wie 8, 32: sentia, = meine Meinung; vgl. z. 12, 53: quod volet.*

*paulo ante: 10, 42 ff.\**

*profitentur, vgl. z. 6, 21: suscipere ac polliceri.*

*inustrare: in das rechte Licht setzen, anschaulich darstellen.*

*62. Philo, um 300 v. Chr., war nicht bloss ein geschickter Baumeister, sondern auch Schriftsteller in diesem Fach. Vgl. Val. Max. VIII. 12, 2: Gloriantur Athenae armamentario suo; nec sine causa: est enim illud opus et impensa et elegantia visendum. Cuius architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suae in theatro reddidisse constat, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiae eius quam arti tribueret. Dies Arsenal ging bei Sulla's Belagerung in Flammen auf.*

illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, existimandum est architecti potius artificio disertum quam oratoris fuisse. Nec, si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de navalium opere dicendum, non, cum ab illo causam didicisset, ipse ornate de alieno artificio copioseque dixisset. Neque vero Asclepiades, is quo nos medico amiceque usi sumus [tum eloquentia vincebat ceteros medicos], in eo ipso, quod ornate dicebat, medicinae facultate utebatur, non eloquentiae.

63. Atque illud est probabilius, neque tamen verum, quod Socrates dicere solebat, omnis in eo, quod scirent, satis esse eloquentis; illud verius, neque quemquam in eo disertum esse posse, quod nesciat, neque, si optime sciat ignarusque sit faciundae ac poliendae orationis, diserte id ipsum, de quo

15. 64. sciat, posse dicere. Quamobrem, si quis universam et propriam oratoris vim definire complectique volt, is orator erit mea sententia hoc tam gravi dignus nomine, qui, quae-

*rationem: den Plan.*

*huic M. Antonio: unser M. Antonius, wie 29, 131: hunc Cottam, v. o.*

*Hermodoro.* Ein Schiffshausmeister dieses Namens stammte aus Samos und erbaute auch den Marstempel im Circus Flaminius zu Rom. Wo Hermodorus eine Schiffswerft gebaut hat, ist nicht näher bekannt.

*causam, etwas anders 12, 51: clientis causam.*

Asklepiades aus Prusa in Bithynien, berühmter Arzt zu Rom, welchen Mithridates vergeblich an seinen Hof zu ziehen suchte.

*is quo, distinguend, um das hinzugefügte Merkmal als ein unterscheidendes oder wichtiges zu bezeichnen; durch quo allein würde es als ein bloss zufälliges (oder als ein allgemeines) dargestellt werden.*

*non eloquentiae, wofür am Anfange des § die Wendung mit potius quam gebraucht ist, kann nicht entbehrt werden, da hier fortwährend die beiden Gegensätze vollständig ausgeprägt sind. Ganz ähnlich 9, 37: non consilio et sapientia singulari.*

63. *illud est: das deutsche 'zwar' wird im Lat. oft nicht besonders ausgedrückt; probabilius, weil dem Schriftsteller der Gegensatz quam verius vorschwebte; etwa: recht ansprechend.*

*dicere solebat. vgl. Xen. Mem. IV. 6, 1: Σωκράτης γὰρ τοῖς μὲν εἰδότες, τὴν ἑκαστὸν εἶη τῶν ὄντων, ἐνόμιζε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀν ἐπηγεῖσθαι.*

*si, concessiv, wie oft; ignarusque: und zugleich, d. h. aber doch.*

*faciundae: kunstvoll zu gestalten, wie II. 9, 36: verborum faciendorum; III. 48, 184: orationem, quae quidem est polita et facta quodam modo; or. 51, 172: orationis faciendae et ornandae auctoritas.*

15. 64. *universam — vim, vgl. II. 39, 164: si res tota quaeritur, definitione universa vis explicanda est.*

cumque res inciderit, quae sit dictione explicanda, prudenter et compositae et ornate et memoriter dicet cum quadam actionis etiam dignitate. Sin cuiquam nimis infinitum videtur, quod 65. ita posui, quaecumque de re, licet hinc quantum cuique videbitur circumcidat atque amputet, tamen illud tenebo, si, quae ceteris in artibus aut studiis sita sunt, orator ignoret tantumque ea teneat, quae sunt in disceptationibus atque usu forensi, tamen his de rebus ipsis si sit ei dicendum, cum cognoverit ab iis, qui tenent, quae sint in quaque re, multo oratorem melius, quam ipsos illos, quorum eae sint artes, esse dicturum. Ita si de re militari dicendum huic erit Sul- 66. picio, quaeret a C. Mario adfina nostro et, cum acceperit, ita pronuntiabit, ut ipsi C. Mario paene hic melius, quam ipse, illa scire videatur; sin de iure civili, tecum communicabil teque hominem prudentissimum et peritissimum in iis ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicendi arte superabit. Sin quae res 67. inciderit, in qua de natura, de vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum sit, forsitan, si ei sit visum — etsi haec quidem nosse debet

*inciderit, wie 13, 56; 15, 67.*

*prudenter (mit Sachkunde) und die folgenden Glieder bezeichnen die fünf Aufgaben des Redners: inventio, dispositio, elocutio, memoria, actio. memoriter, hier: mit treuem Gedächtniss, genau aus dem Gedächtniss; anders 19, 88.*

65. *posui: die Behauptung aufgestellt, mich so ausgedrückt habe, wie de fin. II. 31, 100: Hoc ipsum elegantius poni meliusque potuit.*

*circumcidat, wie Tusc. disp. I. 32, 78; Acad. II. 45, 138: testatur saepe Chrysippus tria solum esse sententias, quae defendi possint, de finibus honorum; circumcidit et amputat multitudinem.*

*tantumque, s. z. 11, 46.*

*quae sunt in disceptat.: darin vorkommen oder dazu gehören. So auch II. 1, 3: nullius rei, quae quidem esset in his artibus. Anders (= positum esse in) II. 72, 292: si causa est in argumentis. Die Wiederholung von in war vor usu nicht nothwendig, weil mit diesem Subst. nur der vorbergehende Begr. disceptationibus näher erläutert wird.*

66. *huic Sulpicio, wie 14, 62: huic M. Antonio.*

*adfina: denn der Sohn des Marius war ebenfalls Schwiegersonn des M. Scävola Augur.*

*pronuntiabit: vortragen (bei Cic. nie = aussprechen, was appellare oder dicere ist); vgl. II. 30, 131; III. 35, 140.*

*tecum communicabil: er wird sich mit dir benehmen; vgl. 58, 250.*

67. *natura, d. i. der Menschennatur, weil hier nur von der Ethik die Rede ist, und es ist vielleicht fälschlich von den Abschreibern hominum hinter vitiis statt hinter natura gesetzt worden; übrigens steht an anderen Stellen der Plur. dieses Wortes, wie 12, 53; 14, 60; 36, 165; III. 31, 124.*

Cicero de oratore. I.



orator —, cum Sex. Pompeio, erudito homine in philosophia, communicarit: hoc profecto efficiet, ut, quamcumque rem a quoquo cognoverit, de ea multo dicat ornatus, quam ille ipse, unde cognorit. Sed si me audiet, quoniam philosophia in tris partis est tributa, in naturae obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores, duo illa relinquamus atque largiamur inertiae nostrae; tertium vero, quod semper oratoris fuit, nisi tenebimus, nihil oratori, in quo magnus esse possit, relinquemus. Quare hic locus de vita et moribus totus est oratori perdiscendus; cetera si non didicerit, tamen poterit, si quando opus erit, ornare dicendo, si modo ad eum erunt delata et ei tradita. Etenim si constat inter doctos, hominem ignarum astrologiae ornatissimis atque optimis versibus Aratum de caelo stellisque dixisse; si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium

Sex. Pompejus, Oheim des Pompejus Magnus, ein gründlich gebildeter Mann und Anhänger der Stoa; vgl. III. 21, 78.

erudita — in philosophia, wie 59, 253: erudire in iure civili; ähnlich steht oft rudis in aliqua re.

communicarit. Der Conj., welcher bei forsitan immer steht, hat hier potentiale Bedeutung und beginnt den Nachsatz, dessen zweiter Theil mit hoc prof. eff. asyndetisch angereiht ist.

quoquo, s. z. 12, 51: quacumque ex arte. Statt dieses allgemeinen Folgerungssatzes erwartet man zunächst einen speciellen, auf Sex. Pompejus bezogenen Schluss; vgl. § 67.

68. tributa, häufig für distributa oder divisa gebraucht; vgl. de fin. II, 6, 17: omnem vim loquendi (Zeno), ut iam ante Aristoteles, in duas tributam esse partis, rhetoricam palmae, dialecticam pugni similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius.

in naturae obscuritatem cet.: in das dunkle Gebiet der Naturphilosophie, die scharfsinnig operirende Dialektik, die Untersuchung der Lebensgrundsätze und Sitten (Ethik); die drei Theile der alten Philosophie. relinquamus = praetermittamus; largiamur = condonemus oder demus: erlassen.

nisi tenebimus, nihil — relinquemus: müssen wir festhalten, oder wir werden —. Vgl. 28, 126 u. 128.

69. locus: Kapitel, wie 12, 54; si, vgl. 14, 63; didicerit: studirt hat.

16. doctos: wissenschaftlich Gebildete.

Aratum, vgl. z. 9, 38: eloquentia. Aratus aus Soli in Cilicien, um 270 v. Chr., Schüler des Stoikers Zeno, verfasste ein Gedicht *Ἐρωτικά καὶ διόσημια*, in welchem er nach Art der alexandrinischen Dichter mit grosser Gelehrsamkeit prunkte. Cicero hat es übersetzt.

Nicander aus Kolophon, um 150 v. Chr., schrieb ein verloren gegangenes Gedicht *Ἐρωτικά*, welches Vergil zu seinem gleichnamigen Ge-

poëtica quadam facultate, non rustica, scripsisse praeclare: quid est cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat, quas ad certam causam tempusque cognorit? Est enim firmitas oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par; in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia vagari qua velit. Nam quod illud, Scævola, negasti te fuisse laturum, nisi in meo regno esses, quod in omni genere sermonis, in omni parte humanitatis dixerim oratorem perfectum esse debere: numquam mehercule hoc dicerem, si eum, quem fingo, me ipsum esse arbitrarer. Sed, ut solebat C. Lucilius saepe dicere, homo tibi subiratus, mihi

dicht benutzt hat. Vorhanden sind noch von ihm die *Ἐρωτικά* und *Ἀλεξίφακὰ*.

rustica, so der Concinnität wegen statt rustici hominis; ähnlich 29, 133: nostro more aliquando, non rhetorico loquamur.

70. firmitas. Auch III. 7, 27 wird den Dichtern proxima cognatio cum oratoribus zugeschrieben.

numeris astrictior. Beide haben zwar den Rhythmus zu beobachten, aber der Dichter, welcher auch an das Versmass gebunden ist, in höherem Grade. Vgl. III. 48, 184.

quidem certe, auch III. 13, 51 zusammengestellt: haec satis spero vobis quidem certe maioribus molesta et putida videri; p. Sest. 7, 16: ignarus quidem certe et imprudens impudentium tantorum scelerum; Cat. m. 2, 6: speramus, volumus quidem certe senes fieri.

71. Nam cet. Dieser Gedanke wird durch die Form der occupatio als ein solcher bezeichnet, welcher mit den vorhergehenden nicht auf gleicher Linie steht und nur beiläufig am Schluss zurückgewiesen werden soll, vgl. z. 5, 18; negasti: 10, 41.

quem fingo: den ich gestalte, d. h. dessen Bild ich entwerfe, synonym mit informo, vgl. or. 2, 7: atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit.

72. Sed. Sinn: Wenn ich dies auch selbst nicht leiste, so muss ich doch an dieser Forderung festhalten.

solebat mit saepe verbunden, wie 27, 124; 28, 129 u. o. Uebrigens ist es sehr möglich, dass Lucilius nur von Dichtern geredet, Crassus aber (od. Cicero) dies wegen der nahen Verwandtschaft beider auf die Redner übertragen hat.

C. Lucilius, römischer Ritter, nach gewöhnlicher, aber nicht sicherer Annahme geb. 148 zu Suessa Aurunca in Campanien, gest. 103 zu Neapel, Freund des Scipio und Lilius, schrieb 30 Bücher Satiren, welche dem Horaz als Muster dienten. Vgl. Quint. X. 1, 93: fuit eruditio in eo mira et libertas atque inde acerbitas et abundantia salis.

subiratus. Scävola mag, während er auf seine Rechtskunde pochte, in den Reden seine Geringschätzung gegen allgemeinwissenschaftliche Bildung zu sehr haben merken lassen und deshalb von Lucilius verspottet worden sein.

propter eam ipsam causam minus, quam volebat, familiaris, sed tamen et doctus et perurbanus, sic sentio, neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus eis artibus, quae sunt libero dignae, perpolitus; quibus ipsis si in dicendo non utimur, tamen apparet atque exstat, utrum simus

73. earum rudes an didicerimus. Ut qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palaestrae, sed indicat ipse motus, didicerintne palaestrae an nesciant, et qui aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil utuntur, tamen, utrum sciant pingere an nesciant, non obscurum est, sic in orationibus haece ipsis iudiciorum, contionum, senatus, etiam si proprie veterae non adhibeantur artes, tamen facile declaratur, utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio sit opere iactatus an ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit.

17. 74. Tum ridens Scaevola: Non luctabor tecum, inquit, Crasse, amplius. Id enim ipsum, quod contra me locutus es, artificio

*volebat.* Lucilius fühlte sich zwar zu Crassus hingezogen (was Crassus ohne Selbstüberhebung von sich sagen durfte, weshalb *volebam* unnöthig ist), wurde aber durch seine Beziehungen zu Scävola gehindert, zu ihm in ein näheres Verhältniss zu treten.

*sic sentio* correspondirt nicht mit *ut volebat*, womit nur der parenthetische Satz eingeleitet wird, sondern ist mit Bezug auf das Folgende gesetzt, wie oft *sic existimo*, z. B. p. Mur. 3, 7: *Sic existimo, sic mihi persuadeo, me tibi — debuisse.* Vgl. 25, 113.

*libero*, s. z. 5, 17; *si*, z. 14, 63; *exstat* z. 11, 49.

73. *pila*, vgl. 50, 217; II. 62, 253. Am Ballspiel vergnügten sich in Rom auch ältere und angesehenere Männer.

*artificio*, wie § 74: Kunstgriff.

*didicerintne palaestrae*, wie III. 22, 83: ob sie die gymnastische Schule durchgemacht haben.

*etsi* kann durch 'zwar' wiedergegeben werden, da im Deutschen die coordinirte Satzverbindung vorgezogen wird; vgl. 17, 79: *etiam si*.

*sciant pingere*, vgl. II. 22, 91: *deligere scivit*, wofür *nosse* oder *vallere* unklassisch wäre.

*iudiciorum cet.*, vgl. z. 9, 32: *forum*; 46, 201.

*proprie*: um ihrer selbst willen, zu einem ihrem Wesen entsprechenden Zweck, also: geistlich.

*adhibeantur*, Durch den Conj., welcher bei *etiam si* auch sonst häufiger als der Ind. steht, deutet Crassus an, dass der Redner von den besprochenen Disciplinen doch bisweilen einzelne Punkte absichtlich in Anwendung bringen kann.

*opere*: Handwerksarbeit, vgl. 18, 89: *operarios lingua celeri et exorcitata*.

*iactatus*, stärker als *versatus*; vgl. III. 10, 39: *qui in veteribus erit scriptis studioso et multum volutus*.

17. 74. *artificio*, mit scherzhafter Beziehung auf 16, 73: *artificio proprio palaestrae*.

quodam es consecutus, ut et mihi, quae ego vellem non esse oratoris, concederes et ea ipsa nescio quo modo rursus detorqueres atque oratori propria traderes. Quae, cum ego praetor Rhodum venissem et cum illo summo doctore istius disciplinae Apollonio ea, quae a Panaetio acceperam, contulisset, inrisit ille quidem, ut solebat, philosophiam atque contempsit multaue non tam graviter dixit quam facete. Tua autem fuit oratio eius modi, non ut ullam artem doctrinaeve contemneres, sed ut omnis comites ac ministratrices oratoris esse diceres. Quas ego si quis sit unus complexus omnis idemque si ad eas facultatem istam ornatissimae orationis adiunxerit, non possum dicere eum non egregium quendam hominem atque admirandum fore; sed is, si quis esset aut si etiam unquam fuisset aut vero si esse posset, tu esses unus profecto, qui et meo iudicio et omnium vix ullam ceteris oratoribus — pace horum dixerim — laudem reliquisti. Verum

*quae ego vellem*: namentlich die Philosophie und Politik, 12, 54 u. 13, 59.

*detorques*, insofern er von dem Redner zwar kein Fachstudium, aber doch eine allgemeine Kenntniss jener Wissenschaften verlangte; *tradores*, vgl. 13, 57: *tribuum et dabo*.

75. *Rhodum venissem*: im J. 121.

Apollonius, aus Alabanda in Carien, war zu Rom einer der berühmteren Lehrer der Rhetorik: nicht zu verwechseln mit dem ebenfalls aus Alabanda stammenden Apollonius Molo, dem Lehrer Ciceros.

*Panaetio*, s. z. 11, 45.

*philosophiam*, eine ähnliche Nachlässigkeit des Ausdrucks wie 12, 53. Dass Cicero, obgleich das Object mit *Quae* (d. i. solche Erörterungen über das Verhältniss der Philosophie zur Beredsamkeit) schon allgemein bezeichnet ist, doch noch die Philosophie besonders hervorhebt, mag durch die Rücksicht auf die Deutlichkeit veranlasst worden sein. Uebrigens ist durch diese Unregelmässigkeit der Satzbildung der Ton der Unterhaltungsrede vielleicht absichtlich nachgeahmt worden.

*non ut*, so regelmässig statt *ut non*, wenn *sed* folgt, bei welchem *ut* wiederholt werden muss.

76. *Quas ego*. Diese auffallende Trajectio des Pron. *ego* ist lediglich durch die Gewohnheit Cicero's, die Pronomina zusammenzustellen, herbeigeführt worden. Zugleich wurde dadurch die Häufung des *s* in den Worten *Quas si quis sit* weniger fühlbar gemacht.

*sit complexus*, wofür *complexus fuerit* unciceronisch wäre, vertritt wie *adiunxerit* den Conj. Fut. ex.; *unus* ist, wie oft, bloss um des Gegensatzes zu *omnes* willen hinzugefügt; vgl. 49, 212.

*quendam*, s. z. 4, 14: *incredibili quodam*.

*pace* cet., vgl. Tusc. disp. V. 5, 12: *pace tua dixerim*; p. Mil. 38, 104; ähnlich ist *bona tua venia*. Durch beide Ausdrücke soll dem Missfallen an der folgenden Aeusserung vorgebeugt werden.

si tibi ipsi nihil deest, quod in forensibus rebus civilibusque versetur, quin scias, neque eam tamen scientiam, quam adtingis oratori, complexus es, videamus ne plus ei tribuamus, quam res et veritas ipsa concedat.

78. Hic Crassus, Memento, inquit, me non de mea, sed de oratoris facultate dixisse. Quid enim nos aut didicimus aut scire potuimus, qui ante ad agendum, quam ad cognoscendum venimus; quos in foro, quos in ambitione, quos in re publica, quos in amicorum negotiis res ipsa ante confecit, quam possemus aliquid de rebus tantis suspicari? Quod si tibi tantum in nobis videtur esse, quibus etiamsi ingenium, ut tu putas, non maxime defuit, doctrina certe et otium et hercule etiam studium illud discendi acerrimum defuit, quid censes, si ad alienius ingenium vel maius illa, quae ego non attigi, accesserint, qualem illum et quantum oratorem futurum?

77. *neque — complexus es.* Auch Brut. 43, 161 werden gründlichere wissenschaftliche Kenntnisse dem Crassus abgesprochen: *ut eo nihil forme quisquam addere posset, nisi qui a philosophia, a iure civili, ab historia fuerit instructior.*

*videamus ne.* So auch Tusc. disp. III. 6, 13 und V. 15, 45 statt des gewöhnlichen *vide ne*; der Vorwurf wird viel höflicher, wenn Scävola sich und alle insgesamt zu der Erwägung auffordert.

*res et veritas,* vgl. Tusc. disp. V. 5, 13: *cum autem animum ab ista pictura imaginibusque virtutum ad rem veritatemque traduxeris, hoc nudum relinquitur,* und zu 33, 149: *veritatem.*

78. *ambitione = honorum petitione; res ipsa,* wie das vorhergehende *agere*: die praktische Thätigkeit; statt *conficere* steht an der ähnlichen Stelle 21, 94: *obruere.*

79. *tantum in nobis esse,* vgl. z. 27, 123: *ut in quoque — plurimum esset.* Der Ausdr. *esse in* findet sich überhaupt bei Cic. gewöhnlich, wenn von einer in dem (geistigen oder körperlichen) Wesen des Subj. begründeten Eigenthümlichkeit oder einem solchen Besitz die Rede ist, wie II. 1, 4: *fuit hoc in utroque*; 2, 6: *eloquentiam, qualis fuit in Crasso et Antonio.*

*studium illud discendi:* das Verlangen nach wissenschaftlicher Erkenntnis; vgl. 15, 89: *didicerit*; II. 1, 1: *incensus studio discendi.*

*defuit.* Das gemeinsame Prädicat eines negativen und positiven Satzes, welche einen Gegensatz bilden, wird von Cic. in dem negativen Satze gewöhnlich, und wenn es *posse* ist, stets wiederholt; vgl. Tusc. disp. I. 48, 116: *Cui rationes eae, quae exquisitis a philosophis continguntur, defuerunt, ubertas orationis non defuit*; ebds. III. 5, 11: *eius modi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insaniam.*

*Quid censes cet.,* vgl. p. Rosc. A. 17, 48: *Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium quo studio et qua intelligentia esse in rusticis rebus?* In diesen Fragesätzen mit *censere* dient *Quid* lediglich zur Einleitung der Frage.

*alienius.* Offenbar spielt damit Cic. auf sich selbst an, von dem der Gipfelpunkt in der Bereitsamkeit erreicht worden sei.

Tum Antonius, Probas mihi, inquit, ista, Crasse, quae 18. 80. dicis, nec dubito quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis omnium rerum atque artium rationem naturamque comprehenderit. Sed primum id difficile est factu, praesertim 81. in hac nostra vita nostrisque occupationibus; deinde illud etiam verendum est, ne abstrahamur ab hac exercitatione et consuetudine dicendi populari et forensi. Aliud enim mihi quoddam orationis genus esse videtur eorum hominum, de quibus paulo ante dixisti, quamvis illi ornate et graviter aut de natura rerum aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus est verborum et laetum, et palaestrae magis et olei quam huius civilis turbæ ac fori. Namque egomet, 82. qui sero ac leviter Graecas litteras attigissem, tamen cum pro consule in Ciliciam proficiscens venissem Athenas, compluribus tum ibi dies sum propter navigandi difficultatem commoratus;

18. 80. *rationem naturamque:* dieselbe Wortstellung wie 25, 114 *conformatio — corporis*, da *rationem* (System, Gesetz) sich auf *artium* bezieht, während *naturam* zu *omnium rerum* gehört.

81. *praesertim,* s. z. 6, 21.

*Aliud.* Da dies nur ein allgemein gehaltener Ausdruck ist für: *alienum ab usu forensi*, so konnte damit sehr wohl ein steigernder Coaccessivsatz (*quamvis — loquantur*) verbunden werden.

*eorum hominum,* s. 11, 49.

*laetum:* üppig, von den blühenden Saaten auf den Redeschmuck übertragen; *et palaestrae,* nicht *sed p.*, womit gesagt wäre, dass die unterscheidenden Merkmale der Prunkrede erst hier, und nicht schon bei *nitidum* beginnen.

*olei,* dem *nitidum* und *palaestrae* entsprechend, um den Gegensatz der schulmässigen Prunkrede zu den Actionen auf dem *forum* vollständig auszuprägen; vgl. Brut. 9, 37: *Phalereus enim successit eis senibus adulescens eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus quam palaestra*; or. 13, 42: *pompae quam pugnae (genus epidicticum) aptius gymnasiis et palaestrae dicatum, spreum et pulsum foro.*

82. *Namque.* Die Begründung folgt erst in der mit § 83 beginnenden Auseinandersetzung, welcher der Gedanke zu Grunde liegt: *quod olim viri doctissimi munus oratoris esse voluerunt, id procul ab usu forensi abhorrere apparuit.* Der ganze § 82 enthält nur logisch untergeordnete Momente, welche durch lauter Nebensätze hätten ausgedrückt werden sollen. Der durch *tamen* eingeleitete Gegensatz liegt nicht in den Worten *compluribus — commoratus*, sondern in *cum cotidie — doctissimos*, und mit *sed* wird angedeutet, dass der unfreiwillige Aufenthalt für Antonius doch nicht ganz nutzlos war. Die ganze Periode ist nach Art des ungebundenen Gesprächstones freier gestaltet.

*pro consule,* im J. 103, ein Jahr nach seiner Prätur. Er sollte dem Secrüberwesen ein Ende machen.

*tum ibi.* Zu der Wortstellung vgl. 45, 200: *maxima cotidie frequentia civium.* Diese *traiectio* des Adv. folgt in der Regel rhythmischer

- sed, cum cotidie mecum haberem homines doctissimos, eos fere ipsos, qui abs te modo sunt nominati, cum hoc nescio quo modo apud eos increbruisset, me in causis maioribus sicuti te solere versari, pro se quisque quae poterat de officio
83. et de ratione oratoris disputabat. Horum alii, sicuti iste ipse Mnesarchus, hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata; oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem, atque ipsam eloquentiam, quod ex bene dicendi scientia constaret, unam quandam esse virtutem et, qui unam virtutem haberet, omnis habere easque esse inter se aequalis et par; ita, qui esset eloquens, eum virtutes omnis habere atque esse sapientem. Sed haec erat spinosa quaedam et exilis oratio longaeque a
84. nostris sensibus abhorrebat. Charmadas vero multo uberius eisdem de rebus loquebatur, non quo aperiret sententiam suam; hic enim mos erat patrius Academiae, adversari semper omnibus

Gründe und verringert zugleich das Gewicht des eingeschobenen Wortes. S. auch z. 8, 32: *tam porro regium*.

*villamve*, wo die vornehmen Römer viele Kostbarkeiten anzuhäufen pflegten. Man denke an die von Verres in seinen Villen gesammelten Schätze.

*transenna*: ein Gitterfenster, unserem Schauenfenster entsprechend.

163. *contempserit*, vgl. 22, 102; 30, 136.

*sed*, nach der Parenthese wie *inquam* od. *igitur*: also.

*veniam da*, s. z. 21, 98.

164. *mehercule*, nie an erster Stelle, vgl. oben § 161 u. o.

opere eius in causis oratione delector; nunc vero, Crasse, mea quoque iam causa rogo, ut, quoniam tantum habemus otii, quantum iam diu nobis non contigit, ne graveris exaedificare id opus, quod instituisti. Formam enim totius negotii opinionio meliorem maioremque video; quam vehementer probo.

36. 165. Enimvero, inquit Crassus, mirari satis non queo etiam te haec, Scaevola, desiderare, quae neque ego ita teneo, uti ii, qui docent; neque sunt eius generis, ut, si optime tenerem, digna essent ista sapientia ac tuis auribus. Ain tu? inquit ille. Si de istis communibus et pervagatis vix huic aetati audiendum putas, etiamne illa neglegere possumus, quae tu oratori cognoscenda esse dixisti, de naturis hominum, de moribus, de rationibus iis, quibus hominum mentes et incitentur et reprimerentur, de historia, de antiquitate, de administratione rei publicae, denique de nostro ipso iure civili? Hanc enim ego omnem scientiam et copiam rerum in tua prudentia sciebam inesse; in oratoris vero instrumento tam lautam suppellectilem nunquam videram.

166. Potes igitur, inquit Crassus, ut alia omittam innumerabilia et immensa et ad ipsum civile ius tuum veniam, oratores putare eos, quos multas horas exspectavit, cum in campum

*in causis oratione* bildet einen Begriff, wie aus der Wortstellung hervorgeht.

*graveris*, mit der bei Cic. selteneren Endung statt *graveris*: um den Hiatus zu vermeiden.

*formam*: der Umriss; vgl. de off. I. 5, 14: *Formam quidem ipsam, Marce fili, et tanquam faciem honesti vides.*

36. 165. *non queo*, so immer bei Cic. statt *nequeo*.

*Ain tu?* eine dem Conversationston angehörige Form der Widerlegung, vgl. Brut. 41, 152: *Hic Brutus: 'ain tu?' inquit 'etiamne Q. Scaevolae Servium nostrum anteponis?'*

*pervagatis*. Vgl. III. 49, 188: *haec opera cotidiana et pervagata.*

*vix huic aetati*, vgl. 2, 5: *vix sunt haec aetate digna.*

*de naturis hominum* cet.: Ethik und Psychologie, vgl. 11, 48 und 12, 53.

*copiam rerum*, s. z. 19, 85.

*instrumento*, wie *apparatus* und *suppellex* immer collectiv gebraucht.

166. *igitur*, neml. da du meinst, dass z. B. die Kenntniss des Rechts für den Redner als solchen nicht erforderlich sei. Er greift absichtlich den dem Scaevola am nächsten liegenden Punkt zuerst heraus. Vgl. or. 34, 119: *Jus civile teneat (orator), quo egent causae forenses cotidie. Quid est enim turpius quam legitimarum et civitium controversiarum patrocinia suscipere, cum sis legum et iuris civilis ignarus?*

*quos — exspectavit*: deren Reden er (als Beisitzer in dem *consilium* des Prätors) aushalten musste, eig. deren Abtreten er mit Sehnsucht erwartete, da es ihn nach dem Ballspiel auf dem Marsfelde verlangte;

properaret, et ridens et stomachans Scaevola, cum Hypsaeus maxima voce, plurimis verbis a M. Crasso praetore contenderet, ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret, Cn. autem Octavius, homo consularis, non minus longa oratione recusaret, ne adversarius causa caderet ac ne is, pro quo ipse diceret, turpi tutelae iudicio atque omni molestia stultitia adversarii liberaretur? Ego vero istos, inquit — memini enim 167. mihi narrare Mucium —, non modo oratoris nomine, sed ne foro quidem dignos putarim. Atqui non defuit illis patronis, inquit Crassus, eloquentia neque dicendi ratio aut copia, sed iuris civilis scientia, quod alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII tabulis permiserat; quod cum impetrasset,

vgl. über diesen P. Mucius Scaevola, den Vater des Q. Muc. Scaevola Pont. max., 50, 217 und zu 48, 212.

*et ridens et stomachans*. Das doppelte *et* entspricht unserm 'halb — halb'.

Ein M. Plautius Hypsaeus war Cons. im J. 125. Ueber den Prätor M. Licinius Crassus ist nichts Genaueres bekannt; es ist vielleicht der Grossvater des Triumvir Crassus gemeint.

*contenderet* cet. mit Ironie gesagt, weil die zu hohe Forderung des Hypsaeus auf Grund dieses Formfehlers die Verurtheilung des Mündels hätte herbeiführen sollen.

*quem defendebat*: für den er trat, welchen er als Sachwalter vertrat.

*causa cadere*: in Folge eines Formfehlers den Prozess verlieren, s. z. § 167 und vgl. p. Mur. 4, 9: *si turpe existimas te advocato illum ipsum, quem contra coneris, causa cadere.*

Cn. Octavius, Cons. im J. 128. Wann dieser Prozess stattgefunden hat, ist schwer zu bestimmen; vielleicht ist er 121 geführt worden, in welchem Jahre sich der Augur Scaevola in Asien aufhielt, weshalb er § 167 sagt: *memini mihi narrare Mucium.*

*recusaret*, mittelbar, indem er die Forderung des Klägers schon vor dem Prätor als unbillig oder ungesetzlich bezeichnete, anstatt ihn dieselbe vor das Gericht bringen zu lassen und dann erst auf die Ungesetzlichkeit der Forderung hinzuweisen. Dadurch hätte er bewirkt, dass sein Client von dem entehrenden Urtheil wegen pflichtwidriger Ausübung der Tutel verschont blieb und vielmehr der Gegner wegen des Formfehlers verurtheilt wurde.

167. *lege agendo*: in der Gerichtsverhandlung vor dem Prätor, welcher den Prozess zu instruiren hatte, s. z. 10, 41: *ex iure manum cons. voc.*

*in XII tabulis*. Nach dem Zwölftafelgesetz hatte der Vormund wegen Veruntreuung seinem Mündel doppelten Schadenersatz zu leisten: *lee actionem adversus tutorem in duplum decernebat.*

*impetrasset*, so. a praetore, ut ista conditione oder formula causa ageretur.

causa caderet; alter iniquum putabat plus secum agi, quam quod erat in actione; neque intellegebat, si ita esset actum, litem adversarium perdituram.

37. 168. Quid? in his paucis diebus nonne nobis in tribunali Q. Pompeii praetoris urbani familiaris nostri sedentibus homo ex numero disertorum postulabat, ut illi, unde peteretur, vetus atque usitata exceptio daretur, cuius pecuniae dies fuisset?

*caderet* = *cadere cum oportebat*; vgl. p. Sest. 20, 45; 24, 54: *quod si meis incommodis laetabantur, urbis tamen periculo commoverentur*; p. Sull. 8, 25: *si ceteris patriis me et vos peregrinos videri oporteret, a Torquato tamen hoc vitium auferretur*; in Verr. V. 23, 59.

*plus, da secum agi* so viel ist als: *lege a se peti*.

*quam quod erat in actione*: als Gegenstand der Prozesshandlung war, d. h. als von dem Gesetz für einen solchen Fall bestimmt war. Der Kläger hatte also mehr als das Doppelte gefordert.

37. 168. *in his paucis diebus*: innerhalb der letzten wenigen Tage, wie de deor. n. II. 40, 102: *sol — binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit*.

Q. Pompeius Rufus, im J. 91 Prätor, 88 Consul mit Sulla, als Anhänger der Optimatenpartei später von den Soldaten des Cn. Pompejus Strabo ermordet.

*sedentibus*, wie Scävola in dem vorher erwähnten Prozess.

*illi, unde peteretur*, d. i. der verklagte Schuldner.

*exceptio* in juristischem Sinne bezeichnet zunächst die Einschränkung, welche mit einer Forderung verbunden werden muss, wenn sie rechtlich gültig sein soll, und sodann den dem Verklagten zustehenden Einwand, durch welchen eine Klage abgewiesen werden kann. Wenn nun ein Gläubiger mit seinem Schuldner einen Termin für die Rückzahlung vereinbart hatte und dennoch die Schuldsomme früher zurückforderte, so durfte er es, wenn er nicht von dem Richter abgewiesen werden wollte, nur mit der Einschränkung thun: *cuius pecuniae dies fuisset*, d. h. er durfte nur diejenige Summe verlangen, welche durch Zusehlag der Zinsen zu dem geliehenen Kapital bis zu diesem Tage und nicht bis zu dem ursprünglich vereinbarten späteren Rückzahlungstermin angewachsen war. Im vorliegenden Falle unterliess der klagende Gläubiger diese Exception, was der Anwalt des Schuldners zum Vortheil des Clienten ausheuten konnte, wenn er die Klage in dieser mangelhaften Form vor die Richter bringen liess und dann bewies, dass der Fälligkeitstermin für die Rückzahlung noch nicht eingetreten sei. Dadurch hätte er erreicht, dass der Kläger sowohl jetzt den Prozess in Folge eines Formfehlers verlor, als auch später, wenn er seine Klage rechtzeitig wiederholte, abgewiesen werden musste, wenn der Schuldner die Exception anwandte: *quod ea res in iudicium ante venisset*, weil eine *res iudicata* nicht noch einmal vor Gericht gebracht werden durfte. Auf diese Weise konnte der Schuldner überhaupt von der Zahlungsverbindlichkeit befreit werden. Statt dessen nahm der *homo ex disertorum numero* aus Gesetzesunkunde die zu Gunsten des Gläubigers festgesetzte Exception: *cuius pecuniae dies fuisset*, durch deren Anwendung dieser in den Stand gesetzt war, die Schuldsomme vor dem vereinbarten Termin zurückzufordern, in dem Instru-

quod petitoris causa comparatum esse non intellegebat: ut, si ille infitator probasset iudici ante petitam esse pecuniam, quam esset coepit deberi, petitor rursus cum peteret, ne exceptione excluderetur, quod ea res in iudicium ante venisset. Quid ergo hoc fieri turpius aut dici potest, quam eum, qui hanc personam susceperit, ut amicorum controversias causasque tueatur, laborantibus succurrat, aegris medeatur, adflictos excitet, hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur? Equidem propinquum nostrum, P. Crassum illum Divitem, cum multis aliis rebus elegantem hominem et ornatum tum praecipue in hoc efferendum et laudandum puto, quod, cum P. Scaevolae frater esset, solitus est ei persaepe dicere neque illum in iure civili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam adsumpsisset,

ctionsverfahren vor dem Prätor für seinen Clienten in Anspruch und machte dadurch den Kläger auf seinen Fehler aufmerksam, den dieser noch rechtzeitig vor der Gerichtsverhandlung abstellen konnte.

*ut — ne exc. excluderetur*: damit ihm nur ja nicht der Einwand abgeschnitten würde, ironisch, wie § 166: *ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret*, indem die nothwendige Folge des angewandten falschen Verfahrens als beabsichtigt dargestellt wird.

*infitor*: der sich weigernde Schuldner, vgl. Isid. orig. V. 26, 20: *infittatio est negatio debita rei, cum a creditore depositur*.

169. *hoc est vor quam* pleonastisch hinzugefügt, wie II. 9, 38: *hoc certius nihil esse potest, quam quod omnes artes aliae sine eloquentia surum munus praestare possunt, orator sine ea nomen suum obtinere non potest*; ebds. 74, 302: *Quo quidem mihi turpius videri nihil solet, quam cum — sermo ille sequitur*; de fin. I. 6, 19.

*adflictos excitet*, vgl. 8, 32.

*hunc* nach *eum*, s. z. 23, 109.

170. P. Licinius Crassus Dives Mucianus, Cons. im J. 131, fiel im Kampfe gegen Aristonicus. Vgl. Brut. 26, 98: *(P. Crassus) et ingenio valuit et studio et habuit quasdam etiam domesticas disciplinas. Nam et cum summo illo oratore, Ser. Galba, cuius Gaius filio filiam suam collocaverat, adfinitate esse devinzerat, et, cum esset P. Mucii filius fratremque haberet P. Scaevolam, domi his civile cognoverat*. Sein Bruder war der oben erwähnte Vater des Q. Mucius Scäv. Pont. Max., welcher im J. 95 College des Crassus im Consulat war. Dieser nennt ihn seinen Verwandten, weil sein Grossvater ihn adoptirt hatte.

*in hoc efferendum*, wie sonst bei den Verben des Affects; vgl. II. 11, 44: *in eo quidem genere scio et me et omnis, qui adfuerunt, delectatos esse vehementer*.

*illum*, wie *illi* bei *arti* des Gegensatzes wegen gesetzt; *in iure civili*: in der praktischen Ausübung oder in der Anwendung des *ius civile*, z. B. *in respondendo de iure civili*, während *illi arti satisfacere* bedeutet: den Anforderungen oder der Würde jenes Faches entsprechen = *iuris consulti nomine dignum esse*. Zu der Tmesis vgl. 47, 204:

- quod quidem hic, qui mecum consul fuit, filius eius est consecutus, neque se ante causas amicorum tractare atque agere
171. coepisse, quam ius civile didicisset. Quid vero ille M. Cato? nonne et eloquentia tanta fuit, quantam illa tempora atque illa aetas in hac civitate ferre maximam potuit, et iuris civilis omnium peritissimus? Verecundius hac de re iam dudum loquor, quod adest vir in dicendo summus, quem ego unum oratorem maxime admiror; sed tamen idem hoc semper ius civile contempsit. Verum, quoniam sententiae atque opinionis meae voluistis esse participes, nihil occultabo et, quoad potero, vobis exponam quid de quaque re sentiam.
38. Antonii incredibilis quaedam et prope singularis et divina vis ingenii videtur, etiamsi hac scientia iuris nudata sit, posse se facile ceteris armis prudentiae tueri atque defendere. Quamobrem hic nobis sit exceptus; ceteros vero non dubitabo primum inertiae condemnare sententia mea, post etiam impudentiae. Nam volitare in foro, haerere in iure ac praetorum tribunalibus, iudicia privata magnarum rerum obire, in quibus saepe non de facto, sed de aequitate ac iure certetur, iactare

satis superque abs te videtur istorum studiis esse factum; 49, 214: per mihi mirum visum est u. a.

171. M. Porcius Cato Censorius, geb. 234, gest. 149. Vgl. III, 33, 135 und Quint. XII, 11, 23; M. Censorius Cato, idem orator, idem historicus conditor, idem iuris, idem verum rusticarum peritissimus, inter tot operas militiae, tantas domi contentiones, rudi saeculo, litteras Graecas aetate iam declinata didicit; Liv. XXXIX, 40: Ad summos honores alios scientia iuris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit: huius versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceret, quodcumque ageret. In bello manu fortissimus, multaque insignibus clarus pugnis; idem postquam ad magnos honores pervenit, summus imperator; idem in pace, si ius consuleres, peritissimus; si causa oranda esset, eloquentissimus. Neo is tantum, cuius lingua vivo eo viguerit, monumentum eloquentiae nullum exstat: vivit imo, vigetque eloquentia eius, sacra scriptis omnis generis. Orationes et pro se multae et pro aliis et in alios.

illa tempora atque illa aetas, vgl. z. 4, 16; ferre: hervorbringen.

verecundius: mit einiger Scheu oder Schüchternheit.

vir in dic. summus: Antonius; unum, vgl. z. 22, 90.

38. 172. incredibilis quaedam, s. z. 4, 14.

dubitabo, vgl. 14, 61.

sententia mea, wie ein Richter: durch meine Stimme.

173. volitare, wie II, 24, 101: toto foro volitare et a causa ad causam ire.

haerere: nicht fortkommen. Ioslassen von —, vgl. II, 72, 292: ibi commorer, ibi habitem, ibi haeream. Zu in iure vgl. II, 48.

obire, gleichsam als seine Domaine verwalten, vgl. 58, 249.

se in causis centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarium, gentilitatum, agnationum, adluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum, raptorum aut ratorum ceterarumque rerum innumerabilium iura versentur, cum omnino, quid suum, quid alienum, quare denique civis aut peregrinus, servus aut liber quisquam sit, ignoret, insignis est impudentiae. Illa vero deridenda adrogantia est, in minoribus navigiis rudem esse se confiteri, quinqueremes aut etiam maiores gubernare didicisse.

centumviralibus. Vor dem Centumviralgericht, welches aus 105 Mitgliedern bestand und um 207 v. Chr. eingesetzt war, wurden Privatprozesse über streitigen Besitz, namentlich aber Erbschaftsstreitigkeiten verhandelt.

usucapionum: Besitzverjährungen, die nur dann gültig waren, wenn der factische Besitz eine gewisse Zeit lang ununterbrochen stattgefunden hatte.

gentilitatum. Die Gentilverbände umfassten alle Mitglieder einer gens, die Agnationen innerhalb derselben alle diejenigen, welche nur väterlicher Seits durch die Abstammung von einem gemeinsamen Familienhaupte einer gens verbunden waren.

adluvionum; Landanspülungen, circumluvionum; Inselbildungen, nexa sind entweder alle in Gegenwart von fünf Zeugen und eines übrigen stattgefundenen Uebertragungen, wobei der Uebernehmer mit einem Erzstücke die Waage berührte, um dadurch symbolisch einen Kauf zu bezeichnen, oder im weiteren Sinne solche per aes et libram vollzogene obligatorische Acte oder Verpflichtungen, welche, wie z. B. bei einem Pfande, kein Eigenthumsrecht begründen, während mancipium als zweite Art des nexum einen unter jener Form vollzogenen wirklichen Kauf oder eine Eigenthumswerbung bezeichnet. Hier ist nexum im engeren Sinne zu verstehen; in weiterem III, 40, 159: quod per libram agitur.

Die drei folgenden Ausdrücke beziehen sich auf Beschränkungen des Besitzes städtischer Gebäude, welche darin bestehen, dass ein Haus mit einem anderen eine Mauer gemeinsam hat; diese also nicht nach Belieben abgebrochen werden darf; oder dass dem Nachbar vor seine Fenster nicht willkürlich ein höheres Haus vorgebaut (officere oder obstruere luminibus) oder eine Dächtraufe auf sein Grundstück geleitet werden darf.

raptorum = irriterum. Ein Beispiel von der Ungültigkeit eines Testaments ist 57, 241 angeführt; iura, allgemein: rechtliche Bestimmungen.

civis aut peregrinus. Die Grenzen des Privat- und Völkerrechts müssen natürlich dem Redner in erster Linie bekannt sein.

ignoret: wenn man nicht weiss; s. z. 8, 30; volit.

174. didicisse ist von einem aus confiteri zu ergänzenden profertur abhängig.



Tu mihi cum in circulo decipere adversarii stipulatiuncula et cum obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum, quo ille capiatur, ego tibi ullam causam maiorem committendam putem? Citius hercule is, qui duorum scal-morum naviculam in portu everterit, in Euxino ponto Argo-  
175. nautarum navem gubernarit. Quid? si ne parvae quidem causae sunt, sed saepe maximae, in quibus certatur de iure civili, quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia iuris audet accedere? Quae potuit igitur esse causa maior, quam illius militis? de cuius morte cum domum falsus ab exercitu nuntius venisset et pater eius re credita testamentum mutasset et, quem ei visum esset, fecisset heredem essetque ipse mortuus: res delata est ad centumviros, cum miles domum revenisset egissetque lege in hereditatem paternam testamento exheres filius. Nempe in ea causa quaesitum est de iure civili, possetque patrum bonorum

*Tu mihi.* Mit dieser pronominalen Parataxe beginnt besonders häufig die pathetische Frage; vgl. in Verr. I. 32, 82: *Tu mihi, cum circumsessus a tam industri civitate sis propter tuum scelus ac flagitium —, hic tibi perfugium speras futurum?*

*in circulo:* in einem Privatkreise, wie 34, 159.

*stipulatiuncula:* durch eine unbedeutende Vertragsverpflichtung, welche in der Form von Frage und Antwort vollzogen wird.

*obsignes,* um die so nachtheilige Urkunde gewissermassen zu bestätigen und als unumstößlich hinzustellen.

*quibus in tabellis.* Cic. ahmt hier die in Gesetzen und Rechtsbestimmungen gebräuchliche Weitschweifigkeit nach; aber auch sonst sind bei ihm dergleichen Wiederholungen, welche der Deutlichkeit dienen, nicht selten.

*Citius,* wie unser 'eher' = *facilius*; vgl. Brut. 67, 238: *in inveniendis componendisque rebus mira accuratio, ut non facile in ullo diligentem maioremque cognoverim, sed eam, ut citius veteratorem quam oratoriam diceret.*

*in Euxino ponto,* welcher immer sehr stürmisch ist.

*Argonautarum navem:* ein bedeutendes Schiff wie die Argo, auf welcher die Helden Griechenlands unter Jasons Führung das goldene Vlies aus Kolchis unter mancherlei Gefahren holten.

175. *os,* wofür wir 'Stirn' sagen, wie II. 7, 29: *sed quia tamen hoc totum, quicquid est, sive artificium sive studium dicendi, nisi accessit os, nullum potest esse, docebo vos, discipuli, id, quod ipse non didici.*

*igitur:* zum Beispiel.

*egisset lege:* ein gerichtliches Verfahren bei dem Prätor beantragt hatte, s. z. 36, 167.

*testamento exheres filius.* Diese Worte enthalten die Begründung von *egisset lege* und stehen mit dem Satze *quem pater — scripsisset nominatim* nicht im Widerspruch.

*Nempe,* wie 57, 244.

exheres esse filius, quem pater testamento neque heredem neque exheredem scripsisset nominatim? Quid? qua de re 39. 176. inter Marcellos et Claudios patricos centumviri iudicarunt, cum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem gente ad se dicerent redisse, nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis et gentilitatis iure dicendum? Quid? quod item in centumvirali iudicio certatum 177. esse accepimus, cum Romam in exilium venisset, cui Romae exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicavisset, intestatoque esset mortuus; nonne in ea causa ius applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum in iudicio atque illustratum est a patrono? Quid? nuper, cum ego C. 178. Sergii Oratae contra hunc nostrum Antonium iudicio privato

*exheres:* wie *expers* construiert.

39. 176. *patricos* ist zu *Claudios* hinzugefügt, um die verschiedenen patricisch gebliebenen Familien der Claudier (die Pulchri, Nerones, Centhaues) zusammenzufassen, während die plebejischen Claudier sämtlich der Familie der Marceller angehörten.

*liberti filio.* Der Vater des Verstorbenen muss früher der Sklave eines patricischen Claudiers gewesen und erst nach seiner Manumission in die Familie der Marceller eingetreten sein, weil nur unter dieser Voraussetzung von den Ansprüchen des Claudischen Gentilyerbandes auf die Hinterlassenschaft des ohne *sui heredes* und ohne Testament verstorbenen Libertinen die Rede sein konnte. Einer plebejischen gens stand ein solcher Anspruch staatsrechtlich nicht zu. Wenn hier nun die Marceller dasselbe Verlangen stellten, so konnten sie es lediglich durch die Zugehörigkeit des Verstorbenen zu ihrer engeren Familiengemeinschaft rechtfertigen; inwiefern aber diese Berufung auf die gemeinsame stirps berechtigt war, ist nicht bekannt.

177. *quasi patronum,* weil dieser Ausdruck im eigentlichen Sinne des Worts nur von dem Verhältnis zu den Klienten gilt.

*ius applicationis.* Dies Anschlussrecht bedingte ein ähnliches Verhältnis des Peregrinen zu seinem Schutzherrn in Rom, welcher ihn in allen Rechtsstreitigkeiten zu vertreten und zu unterstützen hatte, wie das des Klienten zu seinem Patron war. Letzterer konnte also jenen in dem Falle beerben, wenn derselbe ohne Testament oder gesetzliche Erben gestorben war. Uebrigens bedurfte der Peregrin zu Rom nur in dem Falle eines solchen Patrons, den er sich unter den römischen Patriciern auswählte, wenn er sich dort für längere Zeit niederliess. Bei einem vorübergehenden Aufenthalt genügte ihm sein Gastfreund, den er dort hatte, oder der Patron seiner Stadt, wie z. B. ein Marceller immer Patron von Syracus oder ein Scipio immer der von Carthago war.

178. C. Sergius Silus Orata, Prätor im J. 97, ein luxuriöser Mann, soll seinen Beinamen von den Goldforellen (*auratae*), die er sehr liebte, erhalten haben. *Orata* ist die volkstümliche Form für *Aurata*, wie man auch *oriculae* statt *auriculae* und *oron* statt *aurum* sagte.

*iudicio privato:* vor einem Einzelrichter, d. i. einer Privatperson,

causam defenderem, nonne omnis nostra in iure versata defensio est? Cum enim M. Marius Gratidianus aedis Oratae vendidisset neque servire quandam earum aedium partem in mancipii lege dixisset, defendebamus, quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset neque declarasset, praestare debere. Quo quidem in genere familiaris noster M. Buceleius, homo neque meo iudicio stultus et suo valde sapiens et ab iuris studio non abhorrens, simili in re quodam modo nuper erravit. Nam cum aedis L. Fulvi venderet, in mancipio

welche an eine von dem Prätor gegebene Instruction (*formula iudicii*) gebunden war, nicht vor einem Gerichtshofe (dem Centumviralgericht). M. Marius Gratidianus, Sohn des Gratidius, dessen Schwester die Grossmutter Cicero's war, und von dem Bruder des Marius, des Gegners Sulla's, adoptirt, Prätor im J. 86 und 82, und auf Sulla's Veranlassung von Catilina ermordet.

servire, mit einer Verpflichtung gegen das Grundstück des Nachbarn behaftet sein, vgl. z. 38, 173: *parietum, liminum, stillitid*. Den ganzen Prozeß beschreibt Cic. ausführlicher de off. III. 16, 67: *M. Marius Gratidianus, propinquus noster, O. Sergio Oratae vendiderat aedis eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. Eo serviebant; sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Adducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Ius Crassus urgebat, quod eibi venditor non dixerat sciens id oportere praestari, aequitatem Antonius, quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas aedis vendidisset, nihil fuisse necesse nec eum esse deceptum, qui id, quod emerat, quo iure esset teneret.*

quandam deutet an, dass das servire eines bestimmten Theiles habe bemerkt werden können oder sollen, was aber unterblieben sei; während *illam* bezeichnen würde, dass dies in dem Kaufbriefe ausdrücklich von jedem Theile in Abrede gestellt worden sei. *in mancipio lege*: Kaufcontract, s. z. 38, 173; bald darauf heisst *mancipium* der Kaufgegenstand selbst.

defendebamus, vgl. z. 10, 43: *vincere*, s. d. h. *vincere* an; *praestare*, wie 25, 113: dafür aufkommen oder einstehen; vgl. de off. III. 16, 68: *Cum ex duodecim tabulis satis esset ea praestari, quae essent lingua nuncupata, quae qui institutus esset, dupli poenam subiret: a iuris consultis etiam reticentiae poena est constituta. Quicquid enim esset in praetio vili, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, praestari oportere.*

179. *in genere*, d. h. hinsichtlich der Gewährleistung; wie 21, 97; die nähere Bestimmung folgt mit den Worten: *simili in re*, d. h. ebenfalls bei einem Hausverkauf. Das Versuchen aber war in diesem Falle ein ganz anderes als im vorhergehenden.

M. Buceleius ist nicht weiter bekannt. L. Fulvius klagte 98 v. Chr. den M. Aquilius *repetundarum* an; dieser wurde aber von Antonius so vertheidigt, dass seine Freisprechung erfolgte. Vgl. II. 47, 194.

*in mancipio*, dasselbe wie kurz vorher § 178 *in mancipio lege*.

lumina, uti tum essent, ita recepit. Fufius autem simul atque aedificari coeptum est in quadam parte urbis, quae modo ex illis aedibus conspici posset, egit statim cum Buceleio, quod, unicuique particulae caeli officeretur, quamvis esset procul, mutari lumina putabat. Quid vero? clarissima M. Curii causa 180. Marci que Coponii nuper apud centumviros quo concursu hominum, qua expectatione defensa est? cum Q. Scaevola, aequalis et collega meus, homo omnium et disciplina iuris civilis eruditissimus et ingenio prudentiaque acutissimus et oratione maxime limatus atque subtilis atque, ut ego soleo dicere, iuris peritorum eloquentissimus, eloquentium iuris peritissimus, ex scripto testamentorum iura defenderet negaretque, nisi postumus et natus et, antequam in suam tutelam veniret, mortuus esset, heredem eum esse posse, qui esset secundum

*lumina*: Aussicht.

*uti — ita*. Der Gebrauch von Adv. statt Adj., welcher in der klassischen Zeit sich vornehmlich auf einige locale, wie *prope*, *procul* u. ä., oder qualitative, wie *ut, ita, secus, contra, perinde, bene*, in Verbindung mit *esse* beschränkt, findet erst bei den Späteren eine weitere Ausdehnung. Vgl. III. 14, 52: *si est aliter, invident*.

*recepit*: gut sagen, wie vorher *praestare*.

*officeretur*, vgl. z. 38, 173. Die die Aussicht betreffende Bestimmung könnte natürlich nur den nächsten Nachbar angehen. 180. *M. Curii causa*. Ein von Cic. oft und am ausführlichsten Brut. 52, 195 ff. besprochenes Beispiel für den Fall, wo *scriptum* mit *sententia* in Conflict geräth. M. Curius ist der von dem Erblasser eventuell eingesetzte Erbe, M. Coponius ein Verwandter des Verstorbenen, welcher die Erbschaft in Anspruch nahm, weil der in dem Testament angenommene Fall der Geburt eines Nachkommen überhaupt nicht eingetreten war. Vgl. Böth. in Cic. Top. IV. p. 341: *Causa Curiana fuit huius modi: Quidam praegnantem uxorem relinquens (vielmehr: se relinquere ratus) scripsit heredem postumum, eique alium substituit secundum, qui Curius vocabatur, ea condicione, ut, si postumus, qui intra mensis decem proximis nasceretur, ante moreretur quam in suam tutelam venisset, id est ante obiret diem, quam testamentum iure facere posset, iure succederet.*

*expectatione*: Erwartung des Ausgangs, d. h. Spannung; vgl. 36, 166: *expectavit*.

*limatus atque subtilis*, vgl. Brut. 52, 197: *quae quidem omnia cum perite et scienter, tum ita breviter et pressè et satis ornate et perelegantè (Scaevola) diceret, quis esset in populo, qui aut expectaret aut fieri posse quicquam melius putaret.*

*iuris peritorum* cet. Brut. 39, 144 heisst es bei Besprechung des selben Falles etwas anders: *cum uterque ex contraria parte ius civile defenderet, ut eloquentium iuris peritissimus Crassus, iuris peritorum eloquentissimus Scaevola putaretur.*

*antequam in suam tutelam veniret*: che' er mündig würde, d. h. nach vollendetem 14. Lebensjahre.

postumum et natum et mortuum heres institutus; ego autem defecderem eum hac tum mente fuisse, qui testamentum fecisset, ut, si filius non esset, qui in suam tutelam veniret, M. Curius esset heres. Num destitit uterque nostrum in ea causa in auctoritatibus, in exemplis, in testamentorum formulis, hoc est, in medio iure civili versari? Omitto iam plura exempla causarum amplissimarum, quae sunt innumerabilia: capitis nostri saepe potest accidere ut causae versentur in iure. Etenim si C. Mancinum, nobilissimum atque optimum virum atque consularem, cum eum propter invidiam Numantini foederis pater patratus ex S. C. Numantinis dedidisset eumque illi non recepissent posteaque Mancinus domum revenisset neque in senatum introire dubitasset, P. Rutilius, M. filius, tribunus plebis, iussit educi, quod eum civem negaret esse, quia memoria sic esset proditum, quem pater suus aut populus vendidisset aut pater patratus dedidisset, ei nullum esse

*in auctoritatibus:* in Rechtsgutachten der Juristen, *exemplis:* ähnlichen Fällen, *formulis:* solennen, unter bestimmten Gebräuchen anzuwendenden Formeln.

40. 181. *capitis:* um die bürgerliche Existenz.

*Etenim si — iussit educi.* Der Nachsatz folgt § 182.

C. Hostilius Mancinus, welcher als Consul im J. 137 mit einem Heere vor Numantia stand, sah sich genöthigt, um der Vernichtung zu entgehen, einen für die Römer nachtheiligen Vertrag abzuschliessen, zu dem sich übrigens die Numantiner nur aus Rücksicht auf Tib. Sempronius Gracchus, den Legaten des Mancinus entschlossen, weil sie diesem allein um seines Vaters willen, dessen in Spanien bewiesene Rechtlichkeit noch in gutem Ansehen stand, ihr Vertrauen schenkten. Der Senat aber, welcher jenen Vertrag verwarf, lieferte den Mancinus durch den ersten Fetialeupriester (*pater patratus*) aus, und als ihn die Numantiner nicht annahmen, entstand die Frage, ob, nachdem er einmal aus dem römischen Staatsverbande ausgestossen, das *ius postliminii* (des Wiedereintritts in die früheren Rechte), mittelst dessen die in Feindes Gewalt gerathenen Bürger ihr verlorenes Bürgerrecht wieder erhielten, auf ihn Anwendung finden könnte. Seine persönliche Ansicht über einen solchen Fall hat Cic. p. Caec. 34, 98 ausgesprochen: *Quid? quem pater patratus dedit, quo is iure amittit civitatem? Ut religione civitas solvatur, civis Romanus deditur; qui cum est acceptus, est eorum, quibus est deditus; si non accipiunt, ut Mancinum Numantini, retinet integram causam et ius civitatis.* Cic. stellte eben auch, wie Crassus in der *causa Curiana*, die Intention des Gesetzes über den Buchstaben.

P. Rutilius, Volkstribun im J. 136, verschieden von dem 53, 227 erwähnten berühmteren P. Rutilius Rufus, dem Sohne des Sp. Rutilius, *negaret*, der Conj. wie gewöhnlich bei Cic. in den mit *quod* beginnenden Causalsätzen, deren Präd. ein *verbum declarandi* ist. *populus vendidisset*, was dann vorkommen konnte, wenn sich jemand

postliminium: quam possumus reperire ex omnibus rebus 182. civilibus causam contentionemque maiorem quam de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis consularis, praesertim cum haec non in crimine aliquo, quod ille posset infitiri, sed in civili iure consisteret? Similique in genere, inferiore ordine, si quis apud nos servisset ex populo foederato seseque liberasset, et postea domum revenisset, quaesitum est apud maiores nostros, num is ad suos postliminio redisset et amisisset hanc civitatem. Quid? de libertate, quo 183. iudicium gravis esse nullum potest, nonne ex iure civili potest esse contentio, cum quaeritur is, qui domini voluntate census sit, continuone an, ubi lustrum sit conditum, liber sit? Quid, quod usu memoria patrum venit, ut paterfamilias, qui ex Hispania Romam venisset, cum uxorem praegnantem in provincia reliquisset Romaeque alteram duxisset neque nuntium priori remisisset mortuusque esset intestato et ex utraque filius natus esset: mediocrisne res in controversiam adducta est? cum quaereretur de duobus civium capitibus et de puero, qui ex posteriore natus erat, et de eius matre; quae, si iudicaretur certis quibusdam verbis, non novis nuptiis

den Pflichten gegen den Staat, wie z. B. dem Militärdienst, entzogen hatte.

182. *de capite* fasst die drei vorhergehenden Begriffe zusammen.

*crimine.* Dass dies Wort schon bei Cic. nicht bloss 'Beschuldigung', sondern auch 'Verbrechen' bedeutet, lehrt ausser anderen Stellen II. 48, 199: *id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali esse ponendum.*

*in civili iure.* Die Beurtheilung aller in Betracht zu ziehenden privatrechtlichen Bestimmungen war schwieriger als die der Indicia bei einer unerwiesenen Anklage.

*similique in genere* bezieht sich auf die Art des Rechtsfalles, *inferiore ordine* auf den Stand der Person. Letzteres ist noch abhängig von *in:* mit Bezug auf, neml. *quaesitum est.* Aehnlich ist 39, 179 *Quo quidem in genere und simili in re* zusammengestellt.

*hanc civitatem*, d. i. das römische Bürgerrecht.

183. *continuone cet.*, d. h. unmittelbar nach der Eintragung in die Liste der römischen Bürger durch den Censor. Ueber den Ausdruck *conditum lustrum*, womit der feierliche Schlussact des Census durch das Opfer der *suovetaurilia* bezeichnet wird, vgl. Liv. I. 44.

*ut paterfamilias — mortuus esset.* Das Plusqupf. steht mit Bezug auf das Perf. *adducta est.*

*nuntium remisisset = repudium rem.;* *de capitibus:* über die bürgerlichen Rechte.

*certis quibusdam verbis.* Diese Worte lauteten: *tuas res tibi habeto* oder *tuas res tibi agito.*

- fieri cum superiore divortium, in concubinae locum duceretur.
184. Haec igitur et horum similia iura suae civitatis ignorantem, erectum et celsum, alaeri et prompto ore ac voltu, huc atque illuc intuentem, vagari cum magna caterva toto foro, praesidium clientibus atque operam amicis et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui porrigentem atque tendentem nonne imprimis flagitiosum putandum est?
41. 185. Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitatem hominum atque inertiam. Nam si esset ista cognitio iuris magna atque difficilis, tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. Sed, o di immortales, non dicerem hoc, audiente Scaevola, nisi ipse dicere soleret nullius artis faciliorem sibi cognitionem videri.
186. Quod quidem certis de causis a plerisque aliter existimatur; primum, quia veteres illi, qui huic scientiae praefuerunt, obsequentiae atque augendae potentiae suae causa pervolgari artem suam noluerunt; deinde, posteaquam est editum, expositis a Cn. Flavio primis actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiose
- in locum — duceretur, nach Analogie von in matrimonium duci: in die Stelle einer Concubine hineinversetzt, d. i. als Concubine heimgeführt werden. Durch den Conj. Impf. wird die Folgerung nicht auf des erwähnten Einzelfall der Vergangenheit beschränkt, sondern als allgemein gültig für alle Zeiten hingestellt.*
184. *lucem ingenii ret.:* das Licht, welches sein *ingenium* und *consilium* verbreitet; *tendentem*, hinhaltend, also: anbietend.
41. 185. *segnitatem*, eine sonst bei Cic. nicht vorkommende Form statt *seguitatem* oder *segnitiam*; vgl. 17, 75: *ministratioes magna*, etwas Grosses, d. h. Mühevolleres, vgl. II, 23, 96: *caecitationibus crebris atque magnis*.
186. *praefuerunt*, vgl. 10, 39; 45, 198 und zu *scientiae*: 2, 7. *deinde* = *nulli fuerunt*: Uebergang des Nebensatzes in einen Hauptsatz, welcher bei Aufzählungen mit *unus* und *alter* sogar regelmässig ist. *editum*, neml. *ius*.
- Cn. Flavius, Schreiber des Appius Claudius Cæcus, veröffentlichte im J. 304 die vorher von den Priestern geheim gehaltenen Klageformeln (*actiones*) in einem juristischen Werk (dem sog. *ius Flavianum*) nebst den Gerichtstagen und machte dadurch das Volk von der Willkür der Patrisier unabhängig. Zum Dank dafür soll es seine Ernennung zum curulischen Aedil bewirkt haben. Vgl. Liv. IX, 46, 1: *Eodem anno Cn. Flavius Cn. filius scriba, patre libertino humili fortuna ortus, ceterum calidus vir et facundus, acerbis curulis fuit. — Civile ius repositum in penetralibus pontificum evulgavit fastosque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset sciretur.* Cic. p. Mur. 11, 25.
- artificiose* gehört zu *componerent, generatim* zu *digesta*, vgl. 42, 190: *in genera digerat*.

digesta generatim componerent. Nihil est enim quod ad artem, redigi possit, nisi ille prius, qui illa tenet, quorum artem instituere velit, habet illam scientiam, ut ex iis rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere possit. Hoc video, dum breviter viter voluerim dicere, dictum a me esse paullo obscurius: sed experiar et dicam, si potero, planius. Omnia fere, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt; ut in musicis numeri et voces et modi; in geometria lineamenta, formae, intervalla, magnitudines; in astrologia caeli conversio, ortus, obitus motusque siderum; in grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus; in hac denique ipsa ratione dicendi excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, disiecta quondam omnibus et diffusa late videbantur. Adhibita est igitur ars quaedam extrinsecus ex alio genere, quodam, quod sibi totum philosophi adsumunt, quae rem dissolutam divolsamque conglutinaret et ratione quadam constringeret. Sit ergo in iura civili finis, hic, legitima atque usitata in rebus causisque civium aequabilitatis conservatio. Tum sunt notanda genera et ad certum numerum paucitatemque revo-

*ad artem redigi:* in ein System gebracht werden; *illam scientiam*, d. i. die Logik. Zu dem wiederholten *ille* vgl. ausser anderen Stellen II, 1, 2 und III, 3, 10; zu dem *Ind. habet* die Anm. zu 11, 48: *percepta sunt*.

*ex iis rebus;* subjectiv zu fassen in dem Sinne von Kenntnissen; vgl. z. 19, 85.

42. 187. *numeri:* Takte, *modi* Melodien, *astrologia*, der lat. Ausdruck für Astronomie, *grammaticis*, s. z. 3, 10; *musicis*, *historiarum*, vgl. z. 34, 158; *quidam sonus:* eine bestimmte, d. i. kunstmässige Betonung im Vortrag.

*ornare*, neml. *oratione*, vgl. 34, 142. In der Regel wird die *dispositio* der *elocutio* vorangestellt; hier hat offenbar der Gleichklang der Endungen bestimmend eingewirkt.

*disiecta et diffusa late:* ungeordnet und weit auseinanderliegend.

188. *Adhibita*, vgl. z. 34, 157; *genere*, wie 22, 104. Gemeint ist die Logik.

*conglutinaret*, etwa: zusammenschweisste, wie Cat. m. 20, 72: *hominem eodem optime, quae conglutinavit, natura dissolvit*.

*finis:* Zweck, vgl. II, 34, 145 und de off. I, 39, 138: *dicendum est etiam quantum hominis honorati et principia domum placeat esse, cuius finis est usus*. Ueber die appositionelle Verbindung der Definition mit ihrer Ankündigung vgl. z. 23, 108: *ita*.

*legitimas atque usitatas:* auf Gesetz und Herkommen beruhend.

189. *paucitatemque*, vgl. II, 34, 145: *quoniam intellegeretur. — genera*



- canda. Genus autem est id, quod sui similes communione quadam, specie autem differentis, duas aut pluris complectitur partis. Partes autem sunt, quae generibus iis, ex quibus manant, subiciuntur; omniaque, quae sunt vel generum vel partium nomina, definitionibus, quam vim habeant, est exprimentum. Est enim definitio rerum earum, quae sunt eius rei propriae, quam definire volumus, brevis et circumscripta quaedam explicatio. Hisce ego rebus exemplam adiungerem, nisi, apud quos haec haberetur oratio, cernerem. Nunc complectar quod proposui brevi. Si enim aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quispiam aut me impedito occuparit aut mortuo effecerit, ut primum omne ius civile in genera digerat, quae perpauca sunt, deinde eorum generum quasi quaedam membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim definitione declaret, perfectam artem iuris civilis habebitis, magis
190. magnam atque uberem, quam difficilem et obscuram. Atque interea tamen, dum haec, quae dispersa sunt, cogantur, vel passim licet carpentem et colligentem undique repleti iusta
43. iuris civilis scientia. Nonne videtis equitem Romanum, hominem acutissimo omnium ingenio, sed minime ceteris artibus eruditam, C. Aculeonem, qui mecum vivit semperque vixit,

esse definita non solum numero, sed etiam paucitate; de inv. I. 22, 32: quae partitio rerum distributam continet expositionem, haec habere debet: breviter, absolutioem, paucitatem.

communione, d. h. durch das gemeinsame Gattungsmerkmal sind die Arten der Gattung selbst ähnlich.

partis: der lat. Ausdruck für 'Arten', ausser species und forma.

definitio. Vgl. or. 33, 116: est definitio oratio, quae quid sit id, de quo agitur, ostendit brevissime.

rerum earum cet.: der wesentlichen Merkmale.

circumscripta: bestimmt abgegrenzt; vgl. 15, 52.

190. haberetur, wie in der Regel in der Abhängigkeit von dem hypothetischen Conj. Impf. od. Plqpf. statt des Präs. Vgl. ad fam. III. 1, 1: Si ipsa res publica tibi narrare posset, quo modo sese haberet, non facilius ex ea cognoscere posses quam ex liberto tuo Phania; unten 48, 210. aut — aut, s. z. 9, 35.

quod iam diu cogito. Cic. hat sich auch hier mit dem Crassus identificirt, da er selbst eine Bearbeitung des römischen Rechts in der verloren gegangenen Schrift: de iure civili in artem redigendo begonnen hatte, ohne sie jedoch zu vollenden.

obscuram: unverständlich, unübersehbar, wie II. 20, 84: sunt enim innumerabiles de his rebus libri neque additi neque obscuri; obs. 24, 100.

191. iusta, hier so viel als idonea: genügend, entsprechend, wie or. 41, 140: iusta esset excusatio.

43. C. Aculeo hatte die Schwester von Cicero's Mutter zur Frau und wird auch II. 1, 2 erwähnt.

ita tenere ius civile, ut ei, cum ab hoc discesseritis, nemo de iis, qui peritissimi sunt, anteponatur? Omnia sunt enim posita ante oculos, collocata in usu cotidiano, in congressione hominum atque in foro; neque ita multis litteris aut voluminibus magnis continentur. Eadem enim elata sunt primum a pluribus; deinde paucis verbis commutatis etiam ab iisdem scriptoribus scripta sunt saepius. Accedit vero, quo facilius percipi cognoscique ius civile possit, quod minime plerique arbitrantur, mira quaedam in cognoscendo suavitas et delectatio. Nam, sive quem haec Aeliana studia delectant, plurima est et in omni iure civili et in pontificum libris et in XII tabulis antiquitatis effigies, quod et verborum vetustas prisca cognoscitur et actionum genera quaedam maiorum consuetudinem

ab hoc, neml. Scävola.

192. posita ante oculos cet. Aehnlich wird 3, 12 über die Kunst der Rede geurtheilt.

neque ita multis litteris cet., weil ausser den Prozessformeln und dem Zwölftafelgesetz nur noch die prätorischen Edicte und wenige Gesetze in Betracht kamen. Vgl. p. Mur. 13, 28: difficilis autem res ideo non putatur, quod et perpauca et minime obscuris litteris continentur. Itaque, si mihi homini vehementer occupato stomachum moveritis, triduo me iuris consultum esse profitebor.

elata, vgl. 24, 111: efferatis.

pluribus, wie z. B. dem Sextus Aelius Catus (45, 198), Cato Censorius, den Mucien u. a.; saepius; an verschiedenen Stellen ihrer Werke.

193. percipi cognoscique, ein ἴσμερον πρότερον, wie 35, 161: nosse atque vidisse. Die genauere Wortfolge steht 47, 204.

Aeliana studia: die philologisch-grammatischen Studien, begründet von L. Aelius Stilo oder Präconinus, dem Lehrer des durch die Vielseitigkeit seiner Bildung bekannten M. Terentius Varro und Cicero's. Vgl. Brut. 56, 205: Fuit is omnino vir egregius et eques Romanus cum primis honestus idemque eruditissimus et Graecis litteris et Latinis, antiquitatisque nostrae et in inventis rebus et in actis scriptorumque veterum litterate peritus. Mit haec soll Aelius Stilo als Zeitgenosse des Crassus bezeichnet werden

plurima est — antiquitatis effigies: es bietet sich ein reiches Abbild (ein sehr treuer Spiegel) des Alterthums dar.

in omni iure civili: also auch in den nach dem Zwölftafelgesetz noch festgesetzten Rechtsbestimmungen.

pontificum libris. Da bei den Römern alle öffentlichen und insbesondere gerichtlichen Vorgänge mit dem Religionswesen eng verbunden waren, so enthielten die libri pontificum (nicht zu verwechseln mit den annales maximi, vgl. II. 12, 52) ausser den Bestimmungen über das Sacralwesen auch alle in den Gerichtsverhandlungen zu beobachtenden Formeln und Ordnungen. Livius nennt sie IV. 3, 9: commentarii pontificum.

vetustas prisca: die ungebräuchlich gewordene alte Form, z. B. dicit für dederit, endo für in u. ä.

vitamque declarant: sive quis civilem scientiam consecratur, quam Scaevola non putat oratoris esse propriam, sed cuiusdam ex alio genere prudentiae, totam hanc, descriptis omnibus civitatis utilitatibus ac partibus, XII tabulis contineri videbit: sive quem praepotens ista et gloriosa philosophia delectat, dicam audacius, hosce habet fontis omnium disputationum suarum, qui iure civili et legibus continentur. Ex his enim et dignitatem maxime expetendam videmus, quoniam virtus et iustus atque honestus labor honoribus, praemiis, splendore decoratur, vitia autem hominum atque fraudes damnis, ignominiiis, vinculis, verberibus, exsiliis, morte mutantur; et docemur non infinitis concertationumque plenis disputationibus, sed auctoritate nutaque legum domitas habere libidines, coercere omnis cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentis, oculos, manus abstinere. Fremant omnes licet, dicam quod sentio: bibliothecas mehercule omnium philosophorum unis mihi vi-

*consecratur.* Damit wird die *civilem scientiam* als etwas Begehrthes werthes und Nützliches bezeichnet, im Gegensatz zu den mehr dem Vergnügen dienenden Studien der Alterthumskunde und Philosophie.

*non putat:* 10, 39 ff.

*utilitatibus,* vgl. z. 9, 36; *partibus,* dasselbe wie 13, 58; *ordines aetatesque.*

*videbit* nach *consecratur*, weil es einen Umstand bezeichnet, welcher unter der Voraussetzung eines bereits vorhandenen (*consecratur*) zu erwarten ist.

*praepotens et gloriosa,* weil die Philosophen sich anheischig machten, für alle Lebensverhältnisse und Wissenszweige die nöthigen Anweisungen ertheilen zu können. Cic. meint hier die Moralphilosophen, welche man überhaupt seit Socrates vornehmlich unter *philosophi* verstand und die in dem bürgerlichen Recht und in den Gesetzen allerdings eine sehr wesentliche Quelle für die Ethik finden mussten.

*dicam,* vgl. z. 14, 61; *audiat.*

*hosce habet fontis cet. = hosce fontis, qui — continentur, habet fontis omnium disputationum suarum.*

194. *dignitatem — expetendam,* insofern die Rechts- und Gesetzeskenntniß die mächtigsten Impulse zu einem sittlich-edlen und würdevollen Leben enthält. Aus *Ex his,* welches nur von *videmus* (= *intellegimus*) abhängt, ist zu *et docemur* der blosser Abl. *his* zu ergänzen, also ein leichtes Anakoloth.

*iustus* (rechtschaffen) wird durch *atque honestus* (und darum ehrenvoll) näher bestimmt.

*honoribus, praemiis, splendore,* vgl. 4, 15; 45, 199.

*nutaque,* vgl. 9, 38.

*alienis,* substantivisch gebraucht, da der Nom. aus dem Gegensatz *nostra* erkenntlich ist; vgl. III. 36, 145; *et pro omnibus et contra omnia disputare.*

44. 195. *mehercule,* s. z. 35, 164.

detur XII tabularum libellus, si quis legum fontis et capita viderit, et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare. Ac si nos, id quod maxime debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis ac tanta necessitas natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tamquam nidulam adfixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret: quo amore tandem inflammati esse debemus in eiusmodi patriam, quae una in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis? cuius primum nobis mens, mos, disciplina nota esse debet, vel quia est patria parens omnium nostrum vel quia tanta sapientia fuisse in iure constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opibus imperii comparandis. Percipietis etiam illam ex cognitione iuris laetitiam et voluptatem, quod, quantum praestiterint nostri maiores prudentia ceteris gentibus, tum facillime intellegetis, si cum illorum Lyeurgo et Dracone et Solone nostras

*fontis et capita,* s. z. 10, 42. Die Zwölftafelgesetze bildeten die Grundlage der ganzen späteren Gesetzgebung.

196. *nostra patria,* d. h. schon darum, weil es das unsrige ist, mag es auch noch so unbedeutend sein. Einen steigenden Gegensatz dazu bildet *eiusmodi patriam, quae est.*

*cuius rei* (sc. *amoris patriae*) — *necessitas natura:* eine Sache, welche von Natur eine so mächtige und so zwingende Gewalt ausübt; vgl. p. Rose. A. 24, 66: *Sic se res habet, iudices: magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis.*

*in asperrimis saxulis,* wie auch bei Hom. Ithaca *καρχη* genannt wird: II. 3, 201, oder *πυκνολόεσσας:* Od. 11, 480, oder *τρογυζία:* Od. 9, 27. In Betreff der Häufung der Deminutiva, welcher das Streben nach malerischer Anschaulichkeit zu Grunde liegt, vgl. II. 21, 88: *in causa parvula adolescentulum, auctori.*

*sapientissimus vir,* vgl. de leg. II. 1, 3: *qua re inest nescio, quid et laet in animo ac sensu meo, quo me plus hic locus (villa patria) fortasse delectet, si quidem etiam ille sapientissimus vir, Ithacam ut videret, immortalitatem scribitur repudiasse;* Ov. Pont. I. 3, 35: *Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat,*

*sed ne — quidem*, neml. *voluit*, was aus *noluit* zu ergänzen ist. Es hätte statt *noluit* auch *voluit* heissen können, wenn, wie z. B. 46, 203, das Präd. im 2. Gliede stände.

*liberius*, d. h. mit sonst erlaubten Degressionen, wie z. B. Galba that, der von der Sache selbst vielfach abschweifte.

*ratio veritatis*, kurz statt *veritas*, eine nicht seltene Umschreibung. Q. Mucius Scaev., dessen Legat Rutilius gewesen war und der also am besten über ihn Auskunft geben konnte.

tibus evellisset vis orationis tuae: nunc talis vir amissus est, dum causa ita dicitur, ut si in illa commenticia Platonis civitate res ageretur. Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo est questus, nemo rem publicam imploravit, nemo supplicavit. Quid multa? pedem nemo in illo iudicio supposit, credo, ne Stoicis renuntiaretur.

54. 231. Imitatus est homo Romanus et consularis veterem illam Socratem, (qui) cum omnium sapientissimus esset sanctissimeque vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse iudicium. Quin etiam, cum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non invitus legit et commode scriptam esse dixit; sed, inquit, ut, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles, sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. Ergo ille quoque

230. *evellisset*, d. h. du hättest ihnen trotz ihrer frechen Bosheit den Gedanken an die Verurtheilung des Rutilius benommen.

*amissus*, denn sein Wegbleiben von Rom war in der That ein Verlust für den Staat.

*supposit*. Die Redner pflegten dadurch namentlich am Anfang und Schluss der Rede ihre Erregtheit zu bekunden, vgl. Brut. 43, 158: *Paratus igitur veniebat Crassus, expectabatur, audiebatur; non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio, non crebra suppositio pedis; vehemens et interdum irata et plena iusti doloris oratio*; ebd. 80, 278: *pedis, quod minimum est, nulla suppositio*.

54. 231. *homo Romanus et consularis*: als solcher hätte er am wenigsten einem griechischen Philosophen nachahmen sollen.

*pro se ipse dixit*. Vgl. Tusc. disp. I. 29, 71: *Socrates nec patronum qualesivit ad iudicium capitis nec iudicibus supplex fuit adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi ductam, non a superbia*.

Lysias, geb. 459 zu Athen, gest. 375, trat zwar nicht selbst als Redner auf, aber verfasste für Andere zahlreiche gerichtliche Reden, von denen wir noch 44 besitzen, welche sich durch Einfachheit und Klarheit der Darstellung auszeichnen. Vgl. Brut. 9, 35: *Lysias, ipse quidem in causis forensibus non versatus sed egregie subtilis scriptor atque elegans, quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere*. Uebrigens wird die Richtigkeit der Mittheilung Cicero's nicht ohne Grund bezweifelt und mit mehr Wahrscheinlichkeit angenommen, dass die hier erwähnte Vertheidigungsrede des Lysias eine Uebungsrede desselben gewesen ist, welche er mehr als 6 Jahre nach dem Tode des Socrates einer Anklagerede (*declamatio*) des Rhetors Polycrates entgegensetzte.

*calceos Sicyonios, ὑποδηματα Σικωνία*, weiche und zum Putz für Frauen bestimmte Schuhe. Vgl. z. 7, 28: *ἀριστῆσις pedibus*.

*sic illam orationem cet.*, ein leicht erklärlicher Uebergang aus der oratio recta in die obliqua.

damnatus est, neque solum primis sententiis, quibus tantum statuebant iudices, damnarent an absolverent, sed etiam illis, quas iterum legibus ferre debebant. Erat enim Athenis, reo 232. damnato, si fraus capitalis non esset, quasi poenae aestimatio; et sententia cum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi aestimationem commersisse se maxime confiteretur, quod cum interrogatus Socrates esset, respondit sese meruisse, ut amplissimis honoribus et praemiis decoraretur et ut ei victus cotidianus in Prytaneo publice praeretur, qui honos apud Graecos maximus habetur. Cuius responso iudices sic 233. exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. Qui quidem si absolutus esset, quod meherecule, etiamsi nihil ad nos pertinet, tamen propter eius ingenii magnitudinem vellem, quoniam modo istos philosophos ferre possemus, qui nunc, cum ille damnatus est, nullam aliam ob culpam nisi propter dicendi inscientiam, tamen a se oportere dicunt peti

232. *reo damnato* ist Abl.

*si fraus (= factus) capitalis non esset*, wenn neml. nicht, wie auf vorsätzlichem Todschatz, schon von den Gesetzen die Strafe des Todes oder ewiger Verbannung festgesetzt war. Der Conj. *esset* steht weil Cic. die Bestimmung des Gesetzes aus dem Sinne des Gesetzgebers referirt, daretur dagegen wegen der Wiederholung in der Vergangenheit.

*sententia cum iud. daretur*: sobald den Richtern die Entscheidung übertragen wurde. Wenn nemlich, wie bei den γουραὶ ἀσφάλειας die Gesetze keine bestimmte Strafe festgesetzt hatten, der ἀγορ also ein τιμῆρος war, so beantragte der Ankläger gleich in der Klageschrift eine gewisse Strafe (ἐπάγειν τὸ τίμημα), welcher der Verklagte im Falle seiner Verurtheilung eine andere geringere entgegenstellen durfte (ἀντιτιμᾶσθαι). Darauf entschieden sich die Richter für einen der beiden Strafanträge oder vermittelten auch zwischen beiden.

*quasi aestimationem*. Uebersetzung des griechischen τίμημα, was aber in gerichtlichem Sinne so viel als Strafantrag bedeutet, daher *quasi* hinzugefügt: *commersisse* ist ἀπ. λεγ.

*respondit*. Indem er es ablehnte, seine Strafe abzuschätzen, behauptete er seine Schuldlosigkeit.

*ut ei praeretur*, wofür man sibi erwartete, aus der Vorstellung des Schriftstellers hinzugefügt. Vgl. in Verr. IV. 39, 84: *Audistis nuper dicere legatos Tyndaritanos — Mercurium, qui sacris anniversariis apud eos ac summa religione coleretur. — huius vi, scelere imperioque esse subditum*; p. Rosc. A. 34, 95; p. Mil. 15, 39.

*prytaneo*. In dem Prytaneum auf der Burg zu Athen wurden ausser den 50 Prytaneu, welche abwechselnd einen Monat lang die Regierung führten, auch noch andere um den Staat wohlverdiente Männer und die Gesandten fremder Staaten seit Solon auf öffentliche Kosten gespeist.

233. *quoniam modo* — *ferre possemus*, d. h. dann würden sie, die jetzt schon auf die Beredsamkeit geringschätzig herabsehen, mit ihrer ausschliesslichen Bevorzugung der Philosophie ganz unerträglich sein.



praecepta dicendi? Quibuscum ego non pugno, utrum sit melius aut verius: tantum dico et aliud illud esse atque hoc et hoc sine illo summum esse posse.

55. 234. Nam quod ius civile, Crasse, tam vehementer amplexus es, video quid egeris; tum, cum dicebas, videbam. Primum Scaevolae te dedisti, quem omnes amare meritissimo pro eius eximia suavitate debemus; cuius artem cum indotatam esse et incomitatam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. Deinde quod in ea tu plus operae laborisque consumpseras, cum eius studii tibi et hortator et magister esset domi, veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno. Sit sane tanta, quantam tu illam esse vis. Etenim sine controversia et magna est et late patet et ad multos pertinet et summo in honore semper fuit et clarissimi cives ei studio etiam hodie praesunt; sed vide, Crasse, ne, dum novo et alieno ornatu velis ornare iuris civilis scientiam, suo quoque eam concesso et tradito spoliis atque denudes. Nam, si ita diceres, qui iuris consultus esset, esse eum oratorem, itemque qui esset orator,

*utrum, neml. philosophia oder eloquentia.*

*tantum:* nur so viel, wie 4, 14.

55. 234. *tam vehementer amplexus es.* Vgl. p. Mur. 10, 23: *Et quoniam mihi videris istam scientiam iuris tamquam filiolam osculari tuam, non patiar te diutius in tanto errore versari, ut istud nescio quid, quod tanto opere didicisti, praeclearum aliquid esse arbitrare.*

*tum, cum:* gleich damals, als —, insofern es sofort evident war, dass er sich durch keine sachlichen, sondern nur durch persönliche Gründe bestimmen liess.

*te dedisti:* du hast dich gefällig zeigen wollen. Aehnlich Brut. 89, 306: *Q. Scaevola, quamquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat.*

*incomitatam* (auch des gleichen Ausgangs mit *indotatam* wegen gesetzt), wozu, wie sich aus dem Zusammenhange ergibt, *ornatu* zu ergänzen ist. Vgl. III, 6, 23: (*oratio*), *quocumque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata.*

*hortator et magister:* derselbe Schwiegervater Scaevola.

*exaggerasses:* hoch stellen, anpreisen.

235. *late patet:* findet eine vielfache Anwendung; vgl. de off. I, 2, 4: *latissime patere videntur ea, quae de officiis tradita ab illis et praecepta sunt:* ebd. 7, 20 u. 24; 8, 26 u. o.

*praesunt,* wie 45, 198.

*vide ne* drückt in der Form besorglicher Mahnung eine gemilderte Behauptung aus; vgl. 13, 55.

*suo quoque — denudes,* insofern ihre eigenthümlichen Vorzüge dann als unzulänglich und nichtig erscheinen würden.

236. *esset, esse.* Diese Zusammenstellung derselben Prädicate mar-

iuris eundem esse consultum, praeclearas duas artis constitueres atque inter se paris et eiusdem socias dignitatis. Nunc vero iuris consultum sine hac eloquentia, de qua quaerimus, fateris esse posse fuisseque plurimos; oratorem negas, nisi illam scientiam adsumpserit, esse posse. Ita est tibi iuris consultus ipse per se nihil nisi leguleius quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum; sed quia saepe utitur orator subsidio iuris in causis, ideo istam iuris scientiam eloquentiae tamquam ancillulam pedisequamque adiunxisti.

Quod vero impudentiam admiratus es eorum patronorum, qui aut, cum parva nescirent, magna profiterentur aut ea, quae maxima essent in iure civili, tractare auderent in causis, cum ea nescirent numquamque didicissent, utriusque rei facilis est et prompta defensio. Nam neque illud est mirandum, qui, quibus verbis coemptio fiat, nesciat, eundem eius mulieris,

kirt entweder die Nothwendigkeit der Folgerung in Conclusionen oder die Incongruenz in Gegensätzen und ist bei *posse* regelmässig. Vgl. Tusc. disp. III, 9, 20: *Etenim, si sapiens in aegritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in invidiam;* ebd. 5, 11: *ut furor in sapientem cadere possit, non possit insanire.* Doch findet sich dieselbe Wortstellung auch noch in anderen Sätzen, wie ebd. 31, 75: *quamdiu vixit, vixit in luctu.*

*nunc vero* (od. *nunc autem*) stellt dem fingirten Fall die Wirklichkeit entgegen: Nun aber.

*leguleius,* Gesetzeskrämer, dessen ganze Wissenschaft lediglich darin besteht, dass er aus den prätorischen Edicten und den Schriften der Juristen die einzelnen Gesetze herauszulesen versteht, anstatt sich das *ius civile* in wissenschaftlichem Zusammenhange geeignet zu haben, vgl. Quint. XII, 3, 11: *alii se ad album* (d. i. praetorum edicta) *ut rubricas* (d. i. iuriconsultorum libros) *transulerunt et formularii vel, ut Cicero ait, legulei quidam esse maluerunt; praeco actionum* heisst er, insofern er die in jedem einzelnen Fall zu erhebende Klage bekannt macht, *cantor formularum,* insofern er die Prozessformeln fertig und sicher vorsagen (ableiern) kann, *auceps syllabarum,* Sylbenstecher, weil er bei der Gesetzesinterpretation auf jeden einzelnen Buchstaben Gewicht legt.

*ancillulam,* vgl. z. 11, 46: *continuculas.*

56. 237. *impudentiam,* s. 38, 172 ff.; *admiratus es:* dich verwundert hast über —, wie II, 56, 227; III, 50, 195 u. o.

*numquamque,* für das gewöhnlichere *neque unquam,* wie *nihilque pro Sest. 2, 3: a Q. Hortensio causa est P. Sestii perorata nihilque ab eo praetermissum est, quod aut pro re publ. conquerendum fuit aut pro reo disputandum.*

*coemptio,* Kaufhe, eine Form der Eheschliessung, bei welcher die Frau in Gegenwart von fünf Zeugen und eines *libripens* sich in die *manus* des Manues scheinbar verkaufte. Dabei richtete er an sie die

- quae coëmptionem fecerit, causam posse defendere; nec, si parvi navigii et magni eadem est in gubernando scientia, idcirco qui, quibus verbis heretum cieri oporteat, nesciat, idem
238. herciscundae familiae causam agere non possit. Nam quod maximas centumviralis causas in iure positas protulisti, quae tandem earum causa fuit, quae ab homine eloquenti, iuris imperito, non ornatissime potuerit dici? Quibus quidem in causis omnibus, sicut in ipsa M' Curii, quae abs te nuper est dicta, et in C. Hostilii Mancini controversia atque in eo puero, qui ex altera natus erat uxore, non remisso nuntio superiori, fuit inter peritissimos homines summa de iure dis-
239. sensio. Quaero igitur quid adiuerit oratorem in his causis iuris scientia, cum hic iuris consultus superior fuerit discessurus, qui esset non suo artificio, sed alieno, hoc est, non iuris scientia, sed eloquentia sustentatus. Equidem hoc saepe audivi, cum aedilitatem P. Crassus peteret eumque maior natus et iam consularis Ser. Galba adsectaretur, cuius C. filio suam filiam despondisset, accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum, qui cum Crassum seduxisset atque ad eum rettulisset responsumque ab eo verum magis, quam ad suam rem accommodatum abstulisset, ut eum tristem Galba

soleane Frage: *an mihi mater familias esse vis?*, und ebenso umgekehrt sie an ihn: *an mihi pater familias esse vis?* Eine ältere Form der Eheschließung war die *per confarreationem*, eine spätere die durch *usus*.

*si parvi cet.* bezieht sich darauf, dass nach 38, 174 derjenige kein größeres Schiff zu regieren vermag, welcher schon eines kleineren nicht mächtig ist. Uebrigens ist der Ausdruck ungewöhnlich für *si parvi* — *eadem est gubernatio*, oder *si gubernandi parvi* — *easdem est scientia*. Zu *idecirco* vgl. 50, 216.

*heretum* (Supin.) *cieri*: (den *arbiter* oder Erbschafts-Schiedsrichter) zur Erbschaftstheilung auffordern, also: eine Erbschaftstheilung vornehmen; *herciscundae familiae causam agere*: einen Erbtheilungsprozess führen, in welcher Formel *familia* seine ursprüngliche Bedeutung von *res familiaris* beibehalten hat.

238. *centumviralis causas*, s. z. 38, 173. Ueber das Prf. *potuerit* s. z. 3, 10: *consecutus sit*.

*M' Curii cet.*, s. 39, 180 ff.

239. *fuerit discessurus*, weil in dem unabhängigen Satze *discessisset* gestanden hätte; *artificio*: Wissenschaft, Fachkenntnis.

P. Crassus, s. z. 37, 170; Ser. Galba, z. 53, 227.

*adsectaretur*, von der Begleitung derjenigen gebraucht, welche man bei ihrer Bewerbung unterstützen will. Vgl. 25, 112.

*cuius Caio filio cet.*, s. die zu 37, 170: P. Licinius Crassus citirte Stelle

*qui cum* für *quem*, *cum* —, vgl. z. 46, 202: *cuius*.

*ad suam rem accommodatum*: seiner Sache vortheilhaft.

vidit, nomine appellavit quaesivitque qua de re ad Crassum rettulisset. Ex quo ut audivit commotumque ut vidit hominem, Suspenso, inquit, animo et occupato Crassum tibi respondisse video: deinde ipsum Crassum manu prehendit et, Heus tu, 240. inquit, quid tibi in mentem venit ita respondere? Tum ille fidenter, homo peritissimus, confirmare ita se rem habere, ut respondisset, nec dubium esse posse. Galba autem adludens varie et copiose multas similitudines adferre multaque pro aequitate contra ius dicere; atque illum, cum disserendo par esse non posset — quamquam fuit Crassus in numero disertorum, sed par Galbae nullo modo —, ad auctores confugisse et id, quod ipse diceret, et in P. Mucii fratris sui libris et in Sex. Aelii commentariis scriptum protulisse ac tamen concessisse Galbae disputationem sibi probabilem et prope veram videri.

Et enim, quae causae sunt eiusmodi, ut de earum iure 57. 241. dubium esse non possit, omnino in iudicium vocari non solent. Num quis eo testamento, quod pater familias ante fecit, quam ei filius natus esset, hereditatem petit? Nemo quia constat agnascendo rumpi testamentum. Ergo in hoc;

*nomine*, den ihm der Nomenclator des Crassus zugelüstert hatte. Einen solchen hatten die Candidaten in der Regel bei sich, um sich von ihm die Namen der ihnen Begegnenden angeben zu lassen und durch Erweckung des Scheins persönlicher Bekanntschaft die Gunst der Wähler zu erlangen. Vgl. p. Mur. 36, 77: *Quid, quod habes nomenclatorem? in eo quidem fallis et decipis. Nam si nomine appellari abs te civis tuus honestum est, turpe est eos notiores esse servo tuo quam tibi.*

*suspensio animo et occupato*: in der Zerstreung und mit anderen Dingen beschäftigt.

240. *peritissimus*: sehr rechtskundig, den Grund zu *fidenter* enthaltend, vgl. z. 52, 225: *clarissimo viro*.

*similitudines*: analoge Fülle, wie II. 41, 177: *simile*.

*disertorum*, von Cic. nach dieser Stelle von *disserere* abgeleitet.

*illum* — *confugisse*, vgl. 54, 231: *sic illum* — *videri*. Die Rückkehr zu der *or. obl.* konnte hier leicht durch die vorhergehenden *hist.* veranlasst werden.

P. Mucii und Sex. Aelii, s. z. 48, 212.

57. 241. *Et enim*. Dafür steht in den Hdsehr. *attamen*, worüber s. z. 32, 148. Aber auch *ac tamen* ist hier nicht möglich, weil kein Gegensatz zu dem Vorhergehenden, sondern vielmehr ein zweiter Grund für die Ansicht, dass der Redner der Kenntniss des Rechts entbehren könne, in der Form einer *occupatio* hinzugefügt wird, nachdem vorher ausgeführt worden ist, dass in zweifelhaften Fällen immer die Beredsamkeit allein und nicht die Rechtsgelehrsamkeit den Ausschlag gebe.

*agnascendo*. Dies Verbum steht für den Fall, dass nach der Festsetzung des Testaments ein Sohn geboren oder adoptirt wird. Die

genere iuris iudicia nulla sunt. Licet igitur impune oratori  
 242. omnem hanc partem iuris sine controversiis ignorare, quae  
 pars sine dubio multo maxima est: in eo autem iure, quod  
 ambigitur inter peritissimos, non est difficile oratori eius partis,  
 quamcumque defendet, auctorem aliquem invenire; a quo cum  
 amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque  
 torquebit. Nisi vero — bona venia huius optimi viri dixerim  
 — Scaevolae tu libellis aut praeceptis soceri tui causam M  
 Carri defendisti, non adripuisti patrocinium aequitatis et de-  
 243. fensionem testamentorum ac voluntatis mortuorum. Ac mea  
 quidem sententia — frequens enim te audivi atque adfui —  
 multo maiorem partem sententiarum sale tuo et lepore et po-  
 litissimis faciliis pellexisti, cum et illud nimium acumen illu-  
 deres et admirarere ingenium Scaevolae, qui excogitasset nasci  
 prius oportere quam emori; cumque multa colligeres et ex  
 legibus et ex senatus consultis et ex vita ac sermone com-  
 muni non modo acute, sed etiam ridicule ac facete, ubi si  
 verba, non rem sequeremur, confici nihil posset. Itaque hi-  
 laritatis plenum iudicium ac laetitiae fuit; in quo quid tibi

dadurch bewirkte Aufhebung des Testaments wird durch *rumpi* be-  
 zeichnet; vgl. 38, 173.

*hanc partem iuris*, d. h. in qua nihil ambiguitatis est.

*sine controversiis* attributiv, wie III. 24, 93: *facilis est vel ratio vel sine ratione ipsa exercitatio*; ebds. 52, 199: *tenuis (oratio), non sine nervis ac viribus*. Vgl. zu 23, 105: *sine usu*.

*quae pars*, s. z. 38, 174: *quibus in tabellis*.

242. *amentatas*: zum Wurf bereit, eig. mit dem Schwungriemen versehen, der in der Mitte des Speeres befestigt war. Mit diesen *hastae amentatae* sind hier die aus dem *ius civile* entlehnten Argumente gemeint. Vgl. Brut. 78, 271: *Hermagorae praeceptis* —, *ut hastae velutibus amentatae, sic apta quaedam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur*.

*Scaevolae*, d. h. des 36, 166; 48, 212; 50, 217 und 56, 240 erwähnten, während der mit *huius optimi viri* und *soceri tui* bezeichnete der Q. Muc. Scäv. Augur ist.

*non adrip.*: und nicht vielmehr, asyndetisch wie 9, 37; 14, 62. Den folgenden Worten liegt der Gedanke zu Grunde, dass die Verteidigung der Absicht des Erblassers auch ohne die Kenntniss des geschriebenen Rechts möglich sei.

*testamentorum*. Der Hauptbegriff ist in dem zu näherer Bestimmung hinzugefügten *ac voluntatis mortuorum* enthalten. Kürzer ist derselbe Gedanke ausgedrückt Brut. 53, 298: *acquam bonum, testamentorum sententias voluntatesque tutatus est*.

243. *sententiarum*, neml. *iudicium*. Zu *sale* vgl. 34, 159; zu *lepore* cet. 5, 17.

iuris civilis exercitatio profuerit non intellego; dicendi vis  
 egregia summa festivitate et venustate coniuncta profuit. Ipse 244.  
 ille Mucius paterni iuris defensor et quasi patrimonii pro-  
 puguator sui, quid in illa causa, cum contra te diceret, attulit,  
 quod de iure civili depromptum videretur? quam legem re-  
 citavit? quid patefecit dicendo, quod fuisset imperitis occul-  
 tius? Nempe eius omnis oratio versata est in eo, ut scriptum  
 plurimum valere oportere defenderet. At in hoc genere pueri 245.  
 apud magistros exercentur omnes, cum in eiusmodi causis  
 alias scriptum, alias aequitatem defendere docentur. Et, credo,  
 in illa militis causa, si tu aut heredem aut militem defen-  
 disses, ad Hostilianas te actiones, non ad tuam vim et ora-  
 toriam facultatem contulisses. Tu vero, vel si testamentum  
 defenderes, sic ageres, ut omne omnium testamentorum ius in  
 eo iudicio positum videretur, vel si causam ageres militis,  
 patrem eius, ut soles, dicendo a mortuis excitasses; statuisses  
 ante oculos; complexus esset filium flensque eum centumviris  
 commendasset; lapides mehercule omnis flere ac lamentari  
 coëgisses, ut totum illud UTI LINGUA NUNCUPASSIT non in XII

*coniuncta*, vgl. z. 5, 17.

244. *ille Mucius*, d. i. der kurz vorher, § 243. erwähnte Pont. max. Er wird jetzt nicht Scävola genannt, sondern *Mucius* = *iuris peritissimus*, weil die ganze Familie der Mucier durch ihre Rechtskunde ausgezeichnet war; daher *pateris iuris defensor* est.

*Nempe*, Partikel der Antwort mit ironischer Färbung, wie in der Regel; jedoch ohne dieselbe: 38, 175.

245. *illa militis causa*: 38, 175.

*Hostilianas actiones*: eine Zusammenstellung von Rechtsformeln, von einem sonst unbekanntem Juristen Hostilius.

*vero*, berichtend: nein, neml. du würdest die Angelegenheit mit einem solchen Feuer und Pathos behandeln, als ob die Gültigkeit der Testamente überhaupt auf dem Spiele stände.

*ut soles*. Cic. denkt auch hier bei Crassus an seine eigene Gewohnheit, durch Anwendung der *προσωποποιε* oder der *personarum facta inductio* seine Darstellung effectreich zu machen.

*a mortuis excitasses*: um ihn selbst deine Behauptung bezeugen zu lassen. Mit dem *Conj. Plupf.* kehrt Antonius wieder von dem allgemeinen Falle zu dem besonderen in der Vergangenheit zurück. Zum Ausdruck vgl. Top. 10, 45: *in hoc genere oratoribus et philosophis concessum est, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur*; or. 25, 85: *non faciet (ille tenuis orator) rem publ. loquentem nec ab inferis mortuos excitabit*; Brut. 93, 322.

*uti lingua nuncupassit* (= *nuncupaverit*). Die hier erwähnte Stelle des Zwölftafelgesetzes lautet vollständig: *uti lingua nuncupassit, ita ius esto*. Der Gedanke ist: In deiner Darstellung würde der Wortlaut des Gesetzes als so unwesentlich und nichtig erscheinen, als ein Theil

tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine scriptum videretur.

58. 246. Nam quod inertiam accusas adolescentium, qui istam artem primum facillimam non ediscant, [quae] quam sit facilis, illi viderint, qui eius artis adrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant, deinde etiam tu ipse videris, qui eam artem facilem esse dicis, quam concedis adhuc artem omnino non esse, sed aliquando, si quis aliam artem didicerit, ut hanc artem efficere possit, tum esse illam artem futuram; deinde, quod sit plena delectationis; in quo tibi remittunt omnes istam voluptatem et ea se carere patiuntur, nec quisquam est eorum, qui, si iam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pacuvii mali quam Manilianas venalium vendendorum leges ediscere; 247. tum autem quod amore patriae censes nos nostrorum maiorum

irgend einer in der Knabenschule eingeübten Gedenkformel. Vgl. de leg. II. 23, 59: *hoc plus ne facito: rogum ascea ne polito. Nostis quae sequuntur; discibamus enim pueri XII (tabulas), ut carmen necessarium, quas iam nemo discit.*

anteponis: 44, 195.

58. 246. Nam, vgl. z. 16, 71.

viderint und videris (Coni. Prf): vom Bedenden gebraucht, wenn er von sich etwas abweisen will, wie II. 58, 235: *viderit Democritus.*

quasi — ita: grade oder genau so, als wenn, wie p. Mur. 36, 77: *quid, cum admoneris, tamen quasi tute noris, ita salutas?* de or. II. 37, 154 steht so *tamquam — sic*; I. 39, 179 *uti — ita.*

facilem esse dicis: 41, 185.

esse illam artem futuram ist von dem aus *concedis* zu ergänzenden *dicis* abhängig. So ist III. 10, 38 *audemus* aus *conamus* zu ergänzen.

deinde, quod sit plena delectationis entspricht dem Attribut *primum facillimam* und vertritt eigentlich wie dieses einen Concessivsatz: *etsi plena delect. sit*; aber es schwebte dem Schriftsteller aus dem Anfang der Periode nur noch der Gedanke vor: *artem istam ediscendam censes*, wozu mit den Worten *quod sit pl. delect.* aus dem Sinne des Crassus der Grund hinzugefügt wird. Auch in den folgenden Sätzen *tum autem quod — censes* und *Quod vero putas* ist ein Anakoluth enthalten, insofern sie nicht mehr unter der Form einer Begründung des Gedankens, dass die Jurisprudenz zu erlernen sei, sondern als selbständige Behauptungen auftreten. Zu *in quo* vgl. 51, 219.

si iam: wenn denn einmal, vgl. II. 6, 25: *si iam mihi disputandum sit de his nostris studiis.*

M. Pacuvius, geb. 219 zu Brundisium, gest. 130 zu Tarent, Neffe des Ennius und Freund des Lilius, dichtete Tragödien nach denen des Aeschylus und Sophocles. Der Teucer ist eine Nachbildung des sophocleischen *Τεῦχος*.

Manilianas, s. z. 48, 212; *venalium* ist neutr.: die gesetzlichen Formeln für Kaufverträge.

247. amore patriae, s. z. 10, 40: *tuo studio.*

inventata nosse debere, non vides veteres leges aut ipsas sua vetustate consensisse aut novis legibus esse sublatas? Quod vero viros bonos iure civili fieri putas, quia legibus et praemia proposita sint virtutibus et supplicia vitis, equidem putabam virtutem hominibus, si modo tradi ratione possit, instituendo et persuadendo, non minis et vi ac metu tradi. Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione iuris, quam sit bellum cavere malum, scire possumus. De me autem ipso, cui 248. uni tu concedis, ut sine ulla iuris scientia tamen causis satis facere possim, tibi hoc, Crasse, respondeo, neque me unquam ius civile didicisse neque tamen in his causis, quas in iure possem defendere, umquam istam scientiam desiderasse. Aliud est enim esse artificem cuiusdam generis atque artis, aliud in communi vita et vulgari hominum consuetudine nec hebetem nec rudem. Cui nostrum licet fundos nostros obire aut res 249. rusticas vel fructus causa vel delectationis invisere? tamen nemo tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni aut quo modo ea fiant omnino nesciat. Num igitur si qui fundus inspiciendus aut si mandandum aliquid procuratori de agri cultura aut imperandum vilico est, Magonis

*inventata*, hier in weiterem Sinne als 18, 84: geistige Erzeugnisse. *non vides*, nicht *nosse vides*, um den Unwillen oder die Verwunderung zu bezeichnen.

*ipsas*, d. h. ohne eine äussere Veranlassung.

*vetustate*: durch die Länge der Zeit; zu *consensisse* vgl. II. 2, 7: *laus eorum iam prope senescens.*

*si modo*: beschränkend: wenn anders od. wenn überhaupt, wie 47, 204; II. 38, 157; 43, 182; das Präs. *possit*, weil der Zweifel ein stets berechtigter ist.

*ratione*: in wissenschaftlicher Form.

*ac metu* bezeichnet die Folge der beiden vorhergehenden Begriffe.

*quam sit bellum c. m.* Ueber die Stellung des ganzen Satzes s. z. 9, 37: *L. Brutii*, über die von *sit* z. 44, 197.

248. *in iure*, s. z. 10, 41 u. 42.

*artificem*: ein Sachverständiger, Fachkundiger, wie 12, 51; *generis*, wie 22, 104.

*hebetem*, öfters mit *rudis* zusammengestellt, wie de div. II. 50, 103: *Epicurum habetem et rudem dicere solent Stoici.*

249. *obire*, mit Bezug auf 38, 173: *iudicia privata magnarum rerum obire*, wo dies Verbum in ähnlichem Sinne gebraucht ist.

*procuratori*: Verwalter, der die Stelle des Besitzers vertritt, *vilico*: Vogt, diesem untergeordnet und Aufseher des Gesindes.

Mago d. Gr., Begründer der karthagischen Macht, lebte um 550—500 v. Chr. und verfasste ein grosses Werk über den Landbau (aus 28 Bänden bestehend), welches nach der Zerstörung Karthago's auf Veran-



Karthaginiensis sunt libri perdiscendi, an hac communi intelligentia contenti esse possumus? Cur ergo non idem in iure civili, praesertim cum in causis et in negotiis et in foro con-  
 250. teramur, satis instructi esse possumus ad hoc dumtaxat, ne in nostra patria peregrini atque advenae esse videamur? Ac si iam sit causa aliqua ad nos delata obscurior, difficile, credo, sit cum hoc Scaevola communicare; quamquam ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos et exquisita deferunt. An vero, si de re ipsa, si de finibus, cum in rem praesentem venimus, si de tabulis et perscriptionibus controversia est, contortas res et saepe difficilis necessario perdiscimus: si leges nobis aut si hominum peritorum responsa cognoscenda sunt, veremur ne ea, si ab adolescentia iuri civili minus studuerimus, non queamus cognoscere?  
 59.

Nihilne igitur prodest oratori iuris civilis scientia? Non possum negare prodesse ullam scientiam, ei praesertim, cuius eloquentia copia rerum debeat esse ornata; sed multa et magna et difficilia sunt ea, quae sunt oratori necessaria, ut eius in-  
 251. dustriam in plura studia distrahere nolim. Quis neget opus esse oratori in hoc oratorio motu statuque Roscii gestum et venustatem? Tamen nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus in gestu discendo histrionum more elaborare. Quid

lassung des römischen Senats in das Lateinische übertragen wurde und auch noch später bei den Römern in hohem Ansehen stand.

conteramur, vgl. 21, 94 a. E.

dumtaxat: gerade, zum wenigsten, eig. wenn man es genau nimmt, wie II. 14, 60 u. o.

peregrini atque advenae, vgl. 50, 218: peregrinum atque hospitem.

250. communicare, vgl. 15, 60.

quorum negotium est, s. z. § 247: quam sit bellum.

consulta et exquisita: eingeholte Rechtsbescheide und Erkundigungen.

de finibus, cum in rem praesentem venimus. Dieser Ausdruck ist theils wörtlich zu nehmen von der Besichtigung eines streitigen Gebiets, wie p. Caec. 7, 20: placuit Caecinae de amicorum sententia constitutore, quo die in rem praesentem veniretur et de fundo Caecina moribus deduceretur, theils in übertragenem Sinne, wie hier und de off. I. 10, 32: si constitueris cuiquam te advocatum in rem praesentem venturum, also: in der gerichtlichen Verhandlung über die Grenzen eines Gebiets. Vgl. z. 10, 41: ex iure manum consortium vocare.

tabulis: Rechnungsbücher, perscriptionibus: schriftliche Geldanweisungen, Wechsel.

59. negare. Die Negation dieses Verbums ist nicht zum Pro-nomen, sondern zu prodesse zu ziehen.

praesertim, s. z. 6, 21.

251. Roscii, s. z. 27, 124; 28, 130.

est oratori tam necessarium quam vox? Tamen me auctore nemo dicendi studiosus Graecorum more tragoedorum voci serviet, qui et annos compluris sedentes declamitant et cotidie, ante quam pronuntient, vocem cubantes sensim excitant eandemque, cum egerunt, sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt et quasi quodam modo colligunt. Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam totiens, quotiens praescribitur, pae-  
 252. anem aut hymnum recitarimus. Quodsi in gestu, qui multum oratorem adjuvat, et in voce, quae una maxime eloquentiam vel commendat vel sustinet, elaborare nobis non licet ac tantum in utroque adsequi possumus, quantum in hac acie cotidiana muneris spatii nobis datur: quanto minus est ad iuris civilis perdiscendi occupationem descendendum? quod et summatim percipi sine doctrina potest et hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quod vox et gestus subito sumi et aliunde

me auctore, vgl. 12, 54.

Graecorum more tragoedorum, denn diese Stimmübung war zuerst von den griechischen Tragöden ausgegangen und wurde auch zumeist von diesen betrieben.

serviet, s. z. 4, 13: inserviret, und vgl. III. 60, 224: illud iam nihil ad hoc praecipienda genus, quem ad modum voci servietur; equidem tamen magno opere censeo servendum.

pronuntient, s. z. 15, 66.

recipiunt: herabstimmen, das Gegentheil von excitant: steigern, anschwelle lassen. Ueber die Sache selbst vgl. Quintil. XI. 3, 22: ut communiter et phonsicis et oratoribus necessariis exercitatio, qua omnia convallescent, ita curae non idem genus est. Nam neque certa tempora ad spatiandum dari possunt tot civilibus officiis occupato, nec praeparare ab inis sonis vocem ad summos, nec semper a contentione condere (= finire) licet, cum pluribus iudicis saepe dicendum sit.

hymnum recitarimus. So werden auch Plat. Symp. p. 177 A: ἀλλοίς μὲν τῶν θεῶν ὕμνους καὶ παιᾶνας (al. παιᾶνας) εἶναι ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεποιημένους, Athes. XIV p. 626 B: παρὰ γὰρ μόνοις Ἀρχαίων οἱ παιᾶνες ἐκ νηπίων ἄθεν ἐβήζονται κατὰ νόμον τοὺς ὕμνους καὶ παιᾶνας die Hymnen den Pöänen beigeordnet, während sie an anderen Stellen als Gattungsbegriff die Pöane und andere Liederarten unter sich begreifen. Diese Übungen mügen auch nach einem vorliegenden Texte angestellt worden sein, daher recitarimus.

252. una, s. z. 22, 90.

eloquentiam, Abstr. für das Concr.; sustinet: erträglich macht.

tantum, s. z. 4, 14.

quantum — spatii, vgl. z. 47, 207: oneris; acie, vgl. 34, 157.

summatim: in der Hauptsache, im wesentlichen; ähnlich II. 36, 153; 61, 248.

doctrina, wie 47, 204.

adripi non potest, iuris utilitas ad quamque causam quamvis  
 253. repente vel a peritis vel de libris depromi potest. Itaque illi  
 disertissimi homines ministros habent in causis iuris peritos,  
 [cum ipsi sint peritissimi,] qui, ut abs te paulo ante dictum est,  
 pragmatici vocantur. In quo nostri omnino melius multo,  
 quod clarissimorum hominum auctoritate leges et iura tecta  
 esse voluerunt. Sed tamen non fugisset hoc Graecos homines,  
 si ita necesse esse arbitrati essent oratorem ipsum erudire in  
 60. 254. iure civili, non ei pragmaticum adiutorem dare. Nam quod  
 dicis senectutem a solitudine vindicari iuris civilis scientia:  
 fortasse etiam pecuniae magnitudine. Sed nos non quid nobis  
 utile, verum quid oratori necessarium sit quaerimus. Quam-  
 quam, quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno arti-  
 fice sumimus, solet idem Roscius dicere se, quo plus sibi  
 aetatis accederet, eo tardiores tibicinis modos et cantus re-  
 missiores esse facturum. Quodsi ille astrictus certa quadam  
 numerorum moderatione et pedum, tamen aliquid ad requiem  
 senectutis excogitat, quanto facilius nos non laxare modos,

*utilitas* = quod utile est: das Erforderliche; vgl. 9, 36.

*quamque*, s. z. 2, 6.

*quamvis repente*: beliebig schnell, eig. wenn auch noch so plötzlich.  
 253. in quo, wie 58, 246.

*melius multo, sc. fecerunt*. So wird *facere* und *dicere* nicht selten  
 ausgelassen, wenn eine Handlung oder Behauptung durch ein lobendes  
 oder tadelndes Adv. kurz bezeichnet wird; vgl. de deor. n. I. 36, 101:  
*quanto melius haec vulgus imperitorum, qui non membra solum hominis deo  
 tribuant, sed usum etiam membrorum.*

*clarissimorum hominum auctoritate*, weil in Rom die höchsten Wür-  
 denträger ihre Ehrenämter vornehmlich dem bereitwilligen Ertheilen von  
 Rechtsbescheiden verdankten.

*non fugisset hoc*, d. h. die im Folgenden bezeichnete Einrichtung  
 wäre den Griechen nicht fremd geblieben. Sie ist es auch in der That  
 nicht, da die attischen Redner der besten Zeit sehr wohl mit dem  
 Staatsrecht bekannt waren.

60. 254. *fortasse etiam* —, scil. *vindicantur*, nicht ohne Ironie hin-  
 zugefügt.

*Quamquam*. Sinn: Und doch darf der Redner, selbst wenn er den  
 Gesichtspunkt des Nutzens und der Bequemlichkeit für sein Alter ins  
 Auge fasst, auf die Kenntniss des Rechts verzichten, ohne dass er  
 darum Vereinsamung befürchten müsste.

*ad similitudinem*, d. h. zur Vergleichung, vgl. 28, 130.

*Roscium*, s. z. 27, 124.

*tibicinis*, welcher den Schauspieler bei seinem Vortrag der gesang-  
 artigen Cantica begleitete; *modos*, hier: Tonweisen; vgl. z. 33, 151.

*moderatione*: Gesetz, eig. gesetzmässige Einrichtung.

*quanto facilius* — *possumus*? Diese Frageform im Nachsatze nach  
 einem mit *quod si* beginnenden Vordersatze ist nicht selten, vgl. 59, 252.

sed totos mutare possumus? Neque enim hoc te, Crasse, 255.  
 fallit, quam multa sint et quam varia genera dicendi, id quod  
 haud sciam an tu primus ostenderis, qui iam diu multo dicis  
 remissius et lenius, quam solebas; neque minus haec tamen  
 tua gravissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis et con-  
 tentio probatur; multique oratores fuerunt, ut illum Scipionem  
 audimus et Laelium, qui omnia sermone conficerent paulo  
 intentiore, numquam, ut Ser. Galba, lateribus aut clamore  
 contenderent. Quod si iam hoc facere non poteris aut noles,  
 vereris ne tua domus talis et viri et civis, si a litigiosis ho-  
 minibus non colatur, a ceteris deseratur? Equidem tantum  
 absum ab ista sententia, ut non modo non arbitrer subsidium  
 senectutis in eorum, qui consultum veniant, multitudine esse  
 ponendum, sed tanquam portum aliquem expectem istam,  
 quam tu times, solitudinem. Subsidium enim bellissimum  
 existimo esse senectutis otium.

Reliqua vero etiamsi adjuvant, historiam dico et pruden- 256.  
 tiam iuris publici et antiquitatis memoriam et exemplorum  
 copiam, si quando opus erit, a viro optimo et istis rebus in-  
 structissimo, familiari meo, Congo mutuabor. Neque repugnabo,  
 quo minus, il quod modo hortatus es, omnia legant, omnia  
 audiant, in omni recto studio atque humanitate versentur; sed

255. *haud sciam*, so auch II. 17, 72; 52, 209.

*qui iam diu multo dicis remissius*: ganz so wie Cic. selbst, welcher  
 de leg. I. 4, 11 den Atticus zu sich sagen lässt: *te ipse multasti et aliud  
 dicendi instituisti genus; ut, quem ad modum Roscius, familiaris tuus, in  
 senectute numeros in cantu reciderat, ipsasque tardiores fecerat tibias, sic  
 tu a contentionibus, quibus summis uti solebas, cotidie relaxas aliquid, ut  
 iam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit.*

*gravissimi*: so würdevoll. Dem *sermo* als der ruhigen und gehal-  
 tenen Darstellung wird auch II. 45, 177 die *contentio* entgegengestellt:  
*non enim sunt alia sermonis, alia contentionis verba, neque ex alio genere  
 ad usum cotidianum, alio ad scenam pompamque sumuntur.*

*audimus*. Die der Vergangenheit angehörende Erfahrung wird als  
 in der Gegenwart fortdauerend dargestellt; vgl. das griechische *ἐκείναι*  
 und II. 22, 93: *de Theramene audimus.*

*paulo*: nur ein wenig; vgl. 21, 95. *Ser. Galba*, s. z. 53, 227.

*ponendum*: zu suchen oder zu finden sei, = *positum existimandum.*

256. *antiquitatis memoriam*, vgl. 46, 201; Brut. 59, 214: *Nullum  
 ille positam noverat, nullum legerat oratorem, nullam memoriam antiquitatis  
 collegerat; non publicum ius, non privatum et civile cognoverat.*

*Junius Congo* wird p. Plaet. 24, 58 als ein gründlicher Kenner  
 des Alterthums bezeichnet; *modo*: 34, 158.

*recto studio*, vgl. 22, 99; dies wird näher bestimmt durch *atque*

mehercule non ita multum spatii mihi habere videntur, si modo ea facere et persequi volent, quae a te, Crasse, praecepta sunt; qui mihi prope iam nimis duras leges imponere visus es huic aetati, sed tamen ad id, quod cupiunt, adipiscendum

257. prope necessarias. Nam et subitae ad propositas causas exercitationes et accuratae ac meditatae commentationes ac stilus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est; et illa orationis suae cum scriptis alienis comparatio et de alieno scripto subita vel laudandi vel vituperandi vel comprobandi vel refellendi causa disputatio non mediocris contentio est vel ad memoriaum

61. 258. vel ad imitandum. Illud vero fuit horribile, quod mehercule vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit quam ad cohortandum. Voluisti enim in suo genere unum quemque nostrum quasi quendam esse Roscium: dixistisque non tam ea, quae recta essent, probari, quam quae prava, fastidiis adhaerescere; quod ego non tam fastidiose in nobis quam in

259. bistrionibus spectari puto. Itaque nos raucos saepe attentissime audiri video; tenet enim res ipsa atque causa: at Aesopum, si paulum irrauserit, explodi. A quibus enim nihil praeter voluptatem aurium quaeritur, in iis offenditur, simul

*humanitate*: höhere Bildung, vgl. II. 17, 72: *homini* — *communium litterarum et politioris humanitatis experti*.

*si modo*, s. z. 58, 247: *praecepta*: 33, 149 ff.

257. *multi sudoris*. Hier würde der Abl. qual. unmöglich sein, weil ein Erforderniss bezeichnet wird; dasselbe gilt von *non mediocris contentio*.

*de alieno* — *disputatio*. Von ähnlichem Umfang ist die adverbiale Einschaltung p. Flacc. 25, 60: *revocarem animos vestros — ad illam universorum civium Romanorum per tot urbis uno puncto temporis miseram crudellemque caedem*. Vgl. de or. II. 53, 215: *omnium rerum in contrarias partis facultas*.

61. 258. *Roscium*: 28, 130.

*fastidiis adhaerescere*. Unserer Anschauung würde vielmehr entsprechen: *eis fastidia adhaerescere*: dass sich daran die mäkelnnde Tadel-sucht hefte. Vgl. III. 10, 37: *non omnia, quae proponuntur a me, ad omnium vestrum studium — adhaerescerent*. Der Plural bezeichnet die Vielheit der möglichen Fälle.

*quod ego oct.*, neml. *utrum recta an prava sint*.

*fastidiose*, wie 26, 118. Diese Stelle steht mit 27, 124 nur scheinbar in Widerspruch, weil es sich dort um den Ausdruck und die Darstellung, hier um die Stimme handelt.

259. *Aesopus*, ein Freund Cicero's und von ihm oft erwähnt, war im tragischen Spiel ebenso ausgezeichnet als Roscius in der Comödie.

atque imminuitur aliquid de voluptate: in eloquenti autem multa sunt quae teneant, quae si omnia summa non sunt et pleraque tamen magna sunt, necesse est ea ipsa, quae sunt, mirabilia videri.

Ergo, ut ad primum illud revertar, sit orator nobis is, 260. qui, ut Crassus descripsit, accommodate ad persuadendum possit dicere. Is autem concludatur in ea, quae sunt in usu civitatum vulgari ac forensi, remotisque ceteris studiis, quamvis ea sint ampla atque praeclara, in hoc uno opere, ut ita dicam, noctis et dies urgeatur; imiteturque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem, in quo tantum studium fuisse tantusque labor dicitur, ut primum impedimenta naturae diligentia industriaque superaret; cumque ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius esse locutus putaretur; deinde cum spiritus eius 261. esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est adsecutus, ut una continuatione verborum, id quod eius scripta declarant, binae ei contentiones vocis et remissiones continerentur; qui etiam, ut memoriae proditum est, coniectis in os calculis summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare

*imminuitur de voluptate* = *imminuendo demitur* od. *detrahitur*; vgl. z. 3, 11: *comparare*.

*si omnia*, wie 14, 63.

260. *descripsit*: 31, 137 ff.

*noctis et dies*. So auch Brut. 90, 308; Tusc. disp. V. 25, 70; *noctis diesque*: act. I in Verr. 17, 52 u. act. II in Verr. V. 43, 112. Dagegen umgekehrt *dies et noctis* unten III. 23, 87, *dies noctemque* II. 39, 162, *dies noctisque* p. Deiot. 13, 38.

Demosthenes, geb. 384 v. Chr., gest. 322, bekannt als das Haupt der athenischen Patriotenpartei im Kampfe gegen Philipp und Alexander von Macedonien und als der grösste Redner des Alterthums.

*in quo* s. z. 17, 79: *in nobis*.

*primum* gehört richtiger hinter *cumque*, da auch auf *deinde* nur die Angabe eines Naturfehlers folgt.

*perfecit*. Vgl. de div. II. 46, 96: *Demosthenem scribit Phalerous, cum RHO dicere nequirit, exercitatione fecisse (effecisse?) ut planissimo diceret*.

261. *continuuatio* oder *comprehensio verborum* ist der Ausdruck für 'Periode'.

*contentiones* — *remissiones*: Hebungen — Senkungen.

*qui etiam*, steigend, weil im Folgenden ein noch auffallenderer Versuch erwähnt wird.

*neque is*, wie *atque is* im affirmativen Satze, wenn zu einem Begriff noch eine ergänzende Bestimmung hinzugefügt wird.

- consuescebat; neque is consistens in loco, sed inambulans atque ascensu ingrediens arduo. Hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studium et ad laborem incitandos iuvenes vehementer adsentior; cetera, quae collegisti ex variis et diversis studiis et artibus, tametsi ipse es omnia consecutus, tamen ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror.
62. Haec cum Antonius dixisset, sane dubitare visus est Sulpicius et Cotta, utrius oratio propius ad veritatem videretur accedere. Tum Crassus: Operarium nobis quendam, Antoni, oratorem facis atque haud scio an aliter sentias et utare tua illa mirifica ad refellendum consuetudine, qua tibi nemo unquam praestitit; cuius quidem ipsius facultatis exercitatio oratorum propria est, sed iam in philosophorum consuetudine versatur maximeque eorum, qui de omni re proposita in
263. utramque partem solent copiosissime dicere. Verum ego non solum arbitrabar, his praesertim audientibus, a me informari oportere qualis esse posset is, qui habitaret in subselliis neque quicquam amplius adferret, quam quod causarum necessitas postuleret; sed manus quiddam videbam, cum censebam oratorem, praesertim in nostra re publica, nullius ornamenti expertem esse oportere. Tu autem, quoniam exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti, hoc facilius nobis expones ea, quae abs te de officiis praeceptisque oratoris quaesita sunt; sed opinor secundum hunc diem.
265. enim multa a nobis hodie dicta sunt. Nunc et Scaevola,

*in loco*, d. h. an welchem er sich gerade befand.

*ascensu*: Anhöhe; es ist der Abl. der Richtung.

62. 263. *operarium*, mit Bezug auf §. 260: *in hoc uno opere — urgeatur*; vgl. 17, 83.

*ad refellendum*, von *mirifica* abhängig gemacht, s. z. 4, 15: *opes* und 28, 129.

*iam in philosophorum consuetudine*, nach der von Crassus auch III. 15, 57 ff. geäußerten Vorstellung, dass die Beredsamkeit ursprünglich alle Wissenschaften umfasst habe und die Trennung derselben erst in Sokrates' Geist bewirkt worden sei; vgl. auch oben 6, 22.

*maximeque eorum*: der Akademiker, s. z. 18, 84: *adversari*.

264. *habitaret in subselliis*, vgl. z. 38, 173: *haerere*, und II. 38, 160: *illi — habitabant in hac una ratione tractanda*.

*videbam = spectabam*: hatte im Auge.

*circumdedisti*, wofür auch *circumscripsisti* gesagt wird, vgl. 16, 70: *nullis ut terminis circumscribat aut definit ius suum*.

*praeceptisque oratoris*, vgl. Acad. I. 2, 5: *nos autem praeceptis dialecticorum et oratorum* (für die Dialektiker und Redner) *etiam, quoniam utranque vim unam esse nostri putant, sic parentes, ut legibus, verbis quoque novis cogimur uti*. Die Verbindung von *oratoris* mit *officiis praeceptisque* ist zeugmatisch.

quoniam in Tusculanum ire constituit, paulum requiescet, dum se calor frangat, et nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudinem demus operam. Placuit sic omnibus. Tum Scaevola: Sene, inquit, vellem non constituissem in Tusculanum me hodie venturum esse L. Aelio. Libenter audirem Antonium. Et, cum exurgeret, simul adridens: Neque enim, inquit, tam mihi molestus fuit, quod ius nostrum civile pervelit, quam iucundus, quod se id nescire confessus est.

265. *quoniam in Tusculanum ire constituit*. Vgl. ad Att. IV. 16, 3: *multo ego magis hoc mihi cavendum putavi (i. e. ne hominem id aetatis in iam longo sermone diutius retinerem) in scaevola, qui et aetate et valetudine erat ea, qua eum esse meministi; et iis iis honoribus, ut vix satis decorum videretur eum plures dies esse in Crassi Tusculano*. Auch sollte durch den Abgang des Scävola das Auftreten des C. Julius Cäsar Strabo im 2. Buch motivirt werden, welcher von ihm die Mittheilung über die im Tusculanum des Crassus stattfindende Unterredung erhielt.

*constituissem me venturum L. Aelio*. Vgl. die z. 58, 20: *in rem praesentem citirte* Stelle de off. I. 10, 32. Alius ist der zu 42, 193 erwähnte Alterthumsforscher.

*quod se id nescire confessus est*. Damit gibt Scävola zuletzt noch in scherzhafter Weise zu verstehen, welchen Werth die ganze Auseinandersetzung des Antonius über das *ius civile* in seinen Augen habe.



## KRITISCHER ANHANG,

enthaltend die Abweichungen von dem Texte Kayzers (*K*) und Piderits (*P*). Mit *S* werden die eigenen, auf Conjectur beruhenden oder aus den Handschriften entlehnten Lesarten bezeichnet. Der Buchstabe *ε* bedeutet die von Halm verglichene Erlanger, *γ* die von mir verglichene Wolfenbütteler Handschrift. Mit beiden stimmen in der Regel die übrigen *codd. mutui* überein, d. i. Lg. 2, 4, 13, 32, 36.

2, 5. *vix sunt haec aetate digna S* — *vix haec aetate digna sunt P*, *vix haec + aetate digna K*. Ich habe *sunt* als den gemeinsamen Begriff gleich am Anfang hinter *vix* eingeschoben, wo es, wie ich meine, in der abgekürzten Form (*s*) am leichtesten ausfallen konnte, wenn es nicht etwa hinter *usu* gestanden hat.

2, 6. *in summos* — [*in*] *summos K* nach *ε* und einigen geringeren Hdschr.; aber in *ε* ist es erst von späterer Hand getilgt.

2, 7. *scientiam* — *excellenciam* ganz ohne Noth *V*.

2, 8. *ne quis S* nach *ε* und einigen anderen Hdschr. — *ne quis KP*, *versantur* mit *K* nach *γ* und *Vict.* — *versantur P* nach der *Vulg.* Es lag näher, die in dem Relativsatz enthaltene Bestimmung als die Umschreibung von etwas Thatsächlichem hinzustellen, als sie in die durch den *Acc. c. Inf.* ausgedrückte Vorstellung hinauszuziehen.

3, 9. *scientiae peruestigatione* nach den Hdschr. — *scientia et peruestigatione P* nach *Schütz*.

3, 11. *liberalissimis studiis* mit *K* nach *ε* und anderen Hdschr. — *studiis liberalissimis P*.

denique, das Vorhergehende zusammenfassend = ne multa, steht bisweilen schon im zweiten Gliede, wie de doct. n. I. 37, 104: quaero — deus quid adpetat, ad quam denique rem motu mentis ac ratione utatur; in Verr. V. 27, 69. In dieser Bedeutung steht es nie an erster Stelle. dubitatione, wie 19, 78; 33, 142 = quaestione; über die Hypallage von infinita s. z. 15, 64: aculeis.

et defensionis revocentur oportet ad genus et ad naturam universam; quod sumptuosus, de luxurie; quod alieni appetens, de avaritia; quod seditiosus, de turbulentis et malis civibus; quod a multis arguitur, de genere testium; contraque, quae pro reo dicentur, omnia necessario a tempore atque homine ad communis rerum et generum summas revolvuntur. Atque haec forsitan homini non omnia, quae sunt in natura rerum, celeriter animo comprehendenti permulta videantur, quae veniant in iudicium tum, cum de facto quaeratur; sed tamen criminum multitudo est et defensionum, non locorum infinita.

Quae vero, cum de facto non ambigitur, quaeruntur qualia sint, ea si ex reis numeres, et innumerabilia sunt et obscura; si ex rebus, valde et modica et illustria. Nam si Mancini causam in uno Mancino ponimus, quotienscumque is, quem pater patrus dediderit, receptus non erit, totiens causa nova nascetur. Sin illa controversia causam facit, videaturne ei, quem pater patrus dediderit, si is non sit receptus, postliminium esse, nihil ad artem dicendi nec ad argumenta defensionis Mancini nomen pertinet. Ac, si quid adfert praeterea hominis aut dignitas aut indignitas, extra quaestionem est et ea tamen ipsa oratio ad universi generis disputationem re-

135. et ad universam naturam ist als nähere Bestimmung von genus hinzugefügt; vgl. § 133: ad universi generis vim et naturam.

quod sumptuosus est., d. h. quod aliquis sumptuosus est, id argumentum revocetur ad quaestionem de luxuria est.

summas: die Gesamtbegriffe, die das Einzelne umfassen, daher communes.

136. defensionum: der Vertheidigungspunkte; locorum, wie § 134: allgemeine Gesichtspunkte.

32. 137. Quae vero — quaeruntur qualia sint: Was vollends die Fälle betrifft, in de qua man, wenn die Thatsache nicht bestritten wird, nach der Beschaffenheit fragt. Das Subj. oder Obj. eines verb. sentiendi od. declarandi wird bei Cic. häufig durch einen indirecten Fragesatz näher bestimmt, wofür im Deutschen ein subst. abstr. gesetzt wird. Vgl. Tusc. disp. I. 10, 20: quod ipsum quale esset erat multa ante et dictum et explanatum; de or. II. 41, 174.

obscura: schwer zu überblicken, illustria: in die Augen fallend. postliminium: die Rückkehr in die frühere rechtliche Stellung. Der Fall des Mancinus, welcher den Numantianern ausgeliefert, aber von ihnen nicht angenommen wurde, quibuscum sine senatus auctoritate foedus fecerat (de off. III. 30, 109) ist I. 40, 181 weiter ausgeführt.

si is: entsprechend der in der gerichtlichen und Gesetzessprache erforderlichen Genauigkeit.

138. adfert, neml. etwas Beachtenswerthes oder Wesentliches. ea — oratio = eius rei oratio, neml. über die dignitas oder indignitas.

feratur necesse est. Haec ego non eo consilio disputo, ut homines eruditos redarguam; quamquam reprehendendi sunt, qui in genere definiendo istas causas describunt in personis et in temporibus positas esse. Nam etsi incurrunt tempora et personae, tamen intellegendum est non ex iis, sed ex genere quaestionis pendere causas. Sed hoc nihil ad me; nullum enim nobis certamen cum istis esse debet. Tantum satis est intellegi, ne hoc quidem eos consecutos, quod in tanto otio etiam sine hac forensi exercitatione efficere potuerunt, ut genera rerum discernuerent eaque paulo subtilius explicarent. Verum hoc, ut dixi, nihil ad me. Illud ad me ac multo etiam magis ad vos, Cotta noster et Sulpici; quo modo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum; est enim infinita, si in personis ponitur; quot homines, tot causas; si ad generum universas quaestiones referuntur, ita modicae et paucae sunt, ut eas omnis diligentes et memores et sobrii oratores percursas animo et prope dicam decantatas habere debeant; nisi forte existimatis a M' Curio causam didicisse L. Crassum et ea re multa attulisse, quam ob rem postumo non nato Curium tamen heredem Coponii esse oportet.

Vgl. Tusc. disp. IV, 10, 23: *qua* (= *ea de re*) *oratione praetermissa* und s. z. 29, 96: *Hanc similitudinem*.

*Haec ego*, s. z. 21, 88.

*describunt — positas esse* = *describunt ita, ut dicant — positas esse*, d. h. sie sollten überhaupt nicht bei dem Kapitel von den Beweisen zwei Klassen von Reden annehmen.

139. *incurrunt*: mit einwirken, concurriren.

*ex genere quaestionis*: von dem in Frage kommenden allgemeinen Falle. *nulum enim cet.* Antonius stellt überall seinen von der Praxis aus eingenommenen Standpunkt der Theorie der Schulrhetoriker entgegen.

*otio*. Dies *otium* der Griechen wird von Cic. häufig erwähnt, wie z. B. I, 6, 22: *quod Gracos homines non solius ingenio et doctrina, sed etiam otio studioque abundantis partitionem quandam artium fecisse videt*: in der Regel mit einiger Geringschätzung.

140. *ponitur* statt *ponuntur*, da Cic. den ihm noch vorschwebenden Begriff *multitudo* mit *causa* verwechselt.

*memoros*: mit gutem Gedächtniss begabt, wie III, 50, 194: *tantumque hominis ingeniosi ac memoria valuit exercitatio*, und in der Regel auch *memoriter*, z. B. I, 15, 64; doch bedeutet letzteres auch *ex memoria*, wie I, 19, 88.

M' Curius wurde von L. Crassus gegen den Pont. max. Q. Scävola vertheidigt, dessen Client Coponius die Erbschaft als Verwandter beanspruchte, nachdem die in dem Testament ausgesprochene Bedingung, dass Curius erben solle, wenn der bei dem Tode des Erblassers erwartete Sohn vor seiner Mündigkeit sterben sollte, in Folge der Geburt einer Tochter dem Wortlaut nach nicht in Erfüllung gegangen war. Vgl. I, 39, 186; 57, 242 ff.

teret. Nihil ad copiam argumentorum neque ad causae vim ac naturam nomen Coponii aut Curii pertinuit; in genere erat universo rei negotiique, non in tempore ac nominibus, omnis quaestio. Cum scriptum ita sit, *SI MIHI FILIUS GENITUR, ISQUE PRIUS MORITUR*, et cetera, *TUM MIHI ILLE SIT HERES, SI NATUS FILIUS NON SIT, VIDEATURNE IS, QUI LILIO MORTUO INSTITUTUS. HERES SIT, HERES ESSE, PERPETUI IURIS ET UNIVERSI GENERIS QUAESTIO NON HUMANUM NOMINA, SED RATIONEM DICENDI ET ARGUMENTORUM FONTIS DESIDERAT*. In quo etiam isti nos iuris consulti impediunt a discendoque deterrent. Video enim in Catonis et in Bruti libris nominatim fere referri, quid alicui de iure viro aut mulieri responderit; credo, ut putaremus in hominibus, non in re consultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse, ut quod homines innumerabiles essent, debilitati tanto numero cognoscendo voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiceremus.

Sed haec Crassus aliquando nobis expediet ex exponet discripta generatim. Est enim, ne forte nescias, heri nobis ille hoc, Catule, pollicitus, se ius civile, quod nunc diffusum et dissipatum esset, in certa genera coacturum et ad artem facilem redacturum. Et quidem, inquit Catulus, haudquaquam id est

141. *Cum scriptum sit* und *si natus — heres sit* mit dem Conj., weil es Nebensätze zu der von *quaestio* abhängigen indirecten Frage sind. Ueber die Verbindung mit dem vorhergehenden Satze s. z. 24, 100; *lex peregrinum*, und vgl. 31, 135; *quod sumptuosus cet.*

*perpetui*: über das stets geltende, = *constantis*; *quaestio — desiderat* prägnant für: *quaestio est, quae desiderat*.

*rationem dicendi*: methodische Durchführung. Die Methode besteht in der Anwendung der *argumentorum fontes* oder *loci*, wofür auch öfter *genera* gesetzt worden ist.

33. 142. Cato Censorius wird auch I, 37, 171: *iuris civilis omnium peritissimus* genannt.

M. Junius Brutus, um 150 v. Chr., wird öfters wegen seiner Rechtskunde gerühmt. Pompon. de or. iur. c. 3, 39: *P. Mucius et Brutus et Manilius fundaverunt ius civile. Ex his P. Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem* (nach Cic. p. Cluent. 51, 141, vgl. unten 55, 224, waren nur drei echt), *Manilius tres*.

*responderit*, d. i. der jedesmalige Rechtsconsulent.

*debilitati*: entmüthigt, verzagt gemacht; vgl. p. Mur. 21, 45: *Eius modi candidatorum animi intus debilitantur*.

*tanto numero*, neml. einzelner Rechtsfälle.

*expediet*, als Gegensatz zu dem vorhergehenden *impediat*.

*discripta generatim*: nach Hauptabschnitten. Vgl. zu der ganzen Stelle I, 42, 190 ff.

*facilem*: übersichtlich, leicht fasslich; vgl. I, 42, 190: *difficilem*.



- difficile Crasso, qui et, quod disci potuit de iure, didicit et, quod iis, qui eum docuerunt, defuit, ipse adferet; ut, quae sint in iure, vel acute describere vel ornate illustrare possit. Ergo ista, inquit Antonius, tum a Crasso discemus, cum se de turba et a
144. subselliis in otium, ut cogitat, soliumque contulerit. Iam id quidem saepe, inquit Catulus, ex eo audivi, cum diceret sibi certum esse a iudiciis causisque discedere; sed, ut ipsi soleo dicere, non licebit. Neque enim auxilium suum saepe a viris bonis frustra implorari patietur neque id aequo animo feret civitas; quae si voce L. Crassi carebit, ornamento quodam sese spoliata putabit. Nam hercle, inquit Antonius, si haec vere a Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum; et istam oscitantem [et dormitantem] sapientiam
145. Scaevolarum et ceterorum beatorum otio concedamus. Adrisit hic Crassus leniter et, Pertexe modo, inquit, Antoni, quod exorsus es. Me tamen ista oscitans sapientia, simulatque ad eam confugero, in libertatem vindicabit.
34. Huius quidem loci, quem modo sum exorsus, hic est finis, inquit Antonius: quoniam intellexeretur non in hominum

143. *in iure*: das ius wird als ein Complex einzelner Vorschriften aufgefasst.

*ornate illustrare*: denn die früheren Rechtslehrer ermangelten einer solchen Beredtsamkeit, wie sie Crassus besass.

*solium, der Ruhesessel*, auf welchem sitzend die bejahrten *iuris consulti* ihre Rechtsgutachten ertheilten, vgl. 55, 226.

*audivi cum diceret*, wie 37, 153.

*certum*, in diesem Sinne auch mit *deliberatum* verbunden p. Rose. A. 11, 31: *Certum est deliberatumque — omnia non modo dicere, verum etiam libenter, audacter liberogue dicere.*

144. *iudiciis causisque*, s. z. 24, 99 und vgl. Div. in Q. Caec. 8, 25: *L. Crassum et M. Antonium, qui nihil se arbitrabantur ad iudicia causasque amicorum praeter fidem et ingenium adferre oportere*; ebds. 1, 1.

*auxilium suum* (od. *alicuius*) — *implorari*, so immer für unser; jemanden um Hilfe anflehen.

*Nam hercle*. Zu ergänzen ist: ja, füge dich nur; vgl. enim oben 10, 40 und in Verr. I. 51, 133: *nam mehercule sic agamus.*

*pistrino*. Denselben Ausdruck braucht Crassus I. 11, 46, um die geringgeschätzte Ansicht der griechischen Philosophen seiner Zeit von der Aufgabe des Redners durch eine Vergleichung mit der Arbeit von Sklaven bezeichnen.

*oscitantem*, im Gegensatz zu der mühevollen Arbeit der Sachwalter. *Scaevolarum*, als der Repräsentanten aller *iuris consulti*; vgl. I. 10, 39.

*beatorum*. Aehnlich steht *beatus* in dem Sinne von *otiosus* p. Mur. 12, 26.

145. *exorsus*, mit Anspielung auf das Gewebe (*pertere*), für dessen Beginn *exordiri* der regelmässige Ausdruck war; vgl. 38, 158.

34. *finis*: das Ziel, der Zweck (dieses Theiles meines Vortrags):

innumerabilibus personis neque in infinita temporum varietate, sed in generum causis atque naturis omnia sita esse, quae in dubium vocarentur, genera autem esse definita non solum numero, sed etiam paucitate, ut eam materiem orationis, quae cuiusque esset generis, studiosi qui essent dicendi, omnibus locis discriptam, instructam ornatamque comprehenderent, rebus dico et sententiis. Ea vi sua verba parient, quae semper satis ornata mihi quidem videri solent, si eius modi sunt, ut ea res ipsa peperisse videatur. Ac si verum quaeritis, quod mihi quidem videatur — nihil enim aliud adfirmare possum nisi sententiam et opinionem meam —: hoc instrumentum causarum et generum universorum in forum deferre debemus neque, ut quaeque res delata ad nos erit, tum denique scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus; quae quidem omnibus, qui ea mediocriter modo considerarint, studio adhibito et usu, pertractata esse possunt; sed tamen animus referendus est ad ea capita et ad illos, quos saepe iam appellavi, locos, ex quibus omnia ad omnem orationem inventa ducuntur. Atque

vgl. I. 42, 188: *sic ergo in iure civili finis hic: legitima atque usitata in rebus causisque civium aequabilitatis conservatio*; de off. I. 39, 138. Durch *sum exorsus* ist Antonius mit seinen Gedanken zu der vorhergehenden Darstellung zurückgeführt worden (vgl. bes. § 140), welche er hier recapitulirt; daher die folgenden Impf.

*in generum causis atque naturis* = *in causis eis atque nat., quae generibus continentur*: auf den Fällen allgemeiner Art und ihrem Wesen. *sed etiam paucitate* bestimmt den Begriff *numero* noch näher.

*omnibus locis discriptam est*: nach allen Kategorien gegliedert, wohl versehen und glänzend ausgestattet sich aneigneten. Der Redestoff wird mit einer wohlausgerüsteten, für jede Eventualität bereit gehaltenen Truppe verglichen. Mit *rebus* und *sententiis* erinnert Antonius an die beiden 27, 116—120 bezeichneten Klassen von Beweismitteln.

146. *Ea, nemel, vos* und *sententias*, vgl. I. 6, 20: *Etenim ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio*; III. 31, 125: *rerum enim copia verborum copiam gignit*. Mit dem folgenden *res* wird ganz allgemein der Inhalt bezeichnet.

*instrumentum*: Rüstzeug.

*tum denique*, vgl. 30, 131; 42, 181; 77, 115; Tusc. disp. I. 31, 76.

*mediocriter modo*, ebenso wie sich bei Cic., wenn auch sehr selten, *onus modo* statt *onus* allein 'nur einer' findet, während er *tantum unus* nicht kennt.

*pertractata*: ganz vertraut oder geläufig geworden.

*sed tamen*: so sehr auch die Praxis die Hauptsache ist, durch welche die *loci* erst an Bedeutung gewinnen, so ist es doch immerhin nothwendig, sie näher ins Auge zu fassen.

*omnia, nemel, argumenta; inventa ea*, wie 29, 127; vgl. auch 30, 130: *omnia ad omnem*.

- hoc totum est sive artis sive animadversionis sive consuetudinis nosse regiones, intra quas venire et pervestiges, quod quaeras. Ubi eum locum omnem cogitatione saepseris, si modo usu rerum perculleris, nihil te effugiet atque omne, 35. quod erit in re, occurret atque incidet. Et sic, cum ad inveniendum in dicendo tria sint: acumen, deinde ratio, quam licet, si volumus, appellemus artem, tertium diligentia, non possum equidem non ingenio primas concedere; sed tamen 148. ipsum ingenium diligentia etiam [ex tarditate] incitat: diligentia, inquam, quae cum omnibus in rebus tam in causis defendendis plurimum valet. Haec praecipue colenda est nobis, haec semper adhibenda, haec nihil est quod non adsequatur. Causa ut penitus, quod initio dixi, nota sit, diligentia est; ut adversarium attente audiamus atque ut eius non solum sententias, sed etiam verba omnia excipiamus, voltus denique perspiciamus omnis, qui sensus animi plerumque indicant, 149. diligentia est:— id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est —; deinde ut in iis locis, quos proponam paulo post, pervolvatur animus, ut penitus insinuet in causam, ut sit cura et cogitatione intentus, diligentia est; ut his rebus adhibeat tamquam lumen aliquod memoriam, ut vocem, ut viris, diligentia est. Inter ingenium

147. *cogitatione saepseris*, d. h. wenn man sich die Grenzen ganz bestimmt denkt.

*perculleris*, vgl. p. Mil. 25, 76: *sed nescio quo modo iam usu obduruor at percullerit civitatis incredibilis patientia*.

*incidet*: in die Hände fallen, wie das eingehegte Wild.

35. *tria*, vgl. z. 57, 232.

*primas*, vgl. III. 56, 213: *Huic (actioni) primas dedisse Demosthenes dicitur, cum rogaretur quid in dicendo esset primum; huic secundas, huic tertias*.

*ex tarditate*, s. d. krit. Anh.

148. *excipiamus*, wie der Jäger das Wild auf dem Anstande abfängt, vgl. 8, 32.

149. *proficere*, weil er aus einer ängstlichen Aufmerksamkeit des Gegners leicht den Schluss ziehen kann, dass dieser sich gefährdet glaubt, und daher zum Nachtheil desselben um so zuversichtlicher auftritt. *paulo post*: 39, 162 ff.

*pervolvatur*: dass er alle loci schnell durchgehe. Es ist in diesem ganzen Kapitel nicht nur von der dem Prozess vorangehenden Thätigkeit des Redners, sondern auch von derjenigen die Rede, welche er während der oft mehrere Tage dauernden Verhandlungen zu entfalten hatte. *insinuet*, intrans, wie I. 20, 90.

*lumen*: weil man nur mittelst eines guten Gedächtnisses die einzelnen Punkte klar und deutlich behalten kann.

quidem et diligentiam perpaulum loci reliquum est arti. Ars demonstrat tantum, ubi quaeras, atque ubi sit illud, quid studeas invenire; reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, assiduitate, labore; complectar uno verbo, quo saepe iam usi sumus, diligentia; qua una virtute virtutes reliquae continentur. Nam orationis quidem copia videmus 151. ut abundant philosophi, qui, ut opinor — sed tu haec, Catule, melius — nulla dant praecepta dicendi nec ideo minus, quaecumque res proposita est, suscipiunt, de qua copiose et abundanter loquantur.

Tum Catulus: Est, inquit, ut dicis, Antoni, ut plerique 36. 152. philosophi nulla tradant praecepta dicendi et habeant paratum tamen quid de quaque re dicant. Sed Aristoteles, is, quem ego maxime admiror, posuit quosdam locos, ex quibus omnis argumenti via non modo ad philosophorum disputationem, sed etiam ad hanc orationem, qua in causis utimur, invenitur; a quo quidem homine iam dudum, Antoni, non aberrat oratio tua, sive tu similitudine illius divini ingenii in eadem incurris vestigia sive etiam illa ipsa legisti atque didicisti, quod quidem mihi magis veri simile videtur. Plus enim te operae Graecis dedisse rebus video, quam putaramus. Tum ille, 153. Verum, inquit, ex me audies, Catule. Semper ego existimavi

150. *tantum*: nur so viel; *attentione*, bei Cic. ein *ἀτ. λέγ.*, *qua una virtute virtutes reliquae*. Vgl. eine ähnliche Wiederholung desselben Wortes 77, 310: *una ex tribus his rebus res*.

151. *videmus ut*, wie 46, 193: *vidi ut*; I. 26, 121: *experior ut exalbescam et — contremiscam*; de fin. V. 18, 48: *Videmusne ut pueri — deterrcantur*. Dass in diesen Sätzen die Qualität des Vorgangs, nicht einfach dieser selbst Object der Wahrnehmung ist, liegt auf der Hand.

*dant praecepta*: ohne wesentlichen Unterschied von *tradere praec.* (§ 152) gebraucht; vgl. auch 36, 153: *rationem daturus* und 38, 157: *artem tradere*.

36. 152. *Est — ut tradant*, Umschreibung für *Tradunt*, wie p. Mil. 13, 35: *Ille erat ut odisset*; de div. I. 56, 128: *Non est igitur ut mirandum sit*. *locos*, neml. in den noch vorhandenen, aus acht Büchern bestehenden *Τοπικά*.

*via*: methodische Behandlung oder Anwendung, vgl. 9, 36 und I. 4, 14: *qui neque exercitationis ullam viam neque aliquod praeceptum artis esse arbitrarentur*. *Zu ex quibus — inveniretur* vgl. 34, 146: *inventi ex a quo homine*, abgekürzter Ausdruck für *a cuius hominis praeceptis*. Vgl. die *comparatio compendiarum* in I. 4, 15: *Ingenia vero nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt*.

*non aberrat*, namentlich 27, 114 ff. Das folgende *Graecis rebus* bedeutet nicht 'griechische Geschichte', sondern wie § 153 *Graecarum rerum* überhaupt 'das Griechenthum', also auch 'die griechische Wissenschaft'. *putaramus*, neml. che du deinen gegenwärtigen Vortrag begonnen hastest vgl. 58, 237: *posueramus*.

incandiores et probatiorum huic populo oratorem fore, qui primum quam minimam artificii alicuius, deinde nullam Graecarum rerum significationem daret. Atque ego idem existimavi pecudis esse, non hominis, cum tantas res Graeci suscipere, profiterentur, agerent seque et videndi res obscurissimas et bene vivendi et copiose dicendi rationem duros hominibus pollicerentur, non admoveere aurem et, si palam audire eos non auderes, ne minueres apud tuos civis auctoritatem tuam, subauscultando tamen excipere voces eorum et procul quid narrarent attendere. Itaque feci, Catule, et istorum omnium summam causas et genera ipsa gustavi. Valde hercule, inquit 37. 154. Catulus, timide tamquam ad aliquem libidinis scopulum sic tuam mentem ad philosophiam appulisti, quam haec civitas aspernata numquam est. Nam et referta quondam Italia Pythagoreorum fuit tum, cum erat in hac gente magna illa Graecia; ex quo etiam quidam Numam Pompilium, regem nostrum, fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis ante permultis fuit quam ipse Pythagoras: quo etiam maior vir habendus est, quod

153. huic populo, vgl. 1, 4: hoc populo.

Atque scheidt für atque zu stehen, bezeichet aber doch auch hier nur die Erweiterung des vorhergehenden Gedankens. Die Andeutung des Gegensatzes liegt vielmehr in der Beziehung des erwarteten zweiten Prädicates auf das vorhergehende Subject durch idem. Vgl. p. Arch. p. 7, 15: Atque idem ego hoc contendo.

videndi res cet.: Physik, Ethik, Dialektik; copiose dicendi ist statt subtiliter disserendi gesetzt nach dem Gedanken des Aristoteles Rhet. I. 1: Ἡ ἑπιτορική ἐστὶν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ.

admoveere aurem, in welchem Sinne auch adhibere aurem gesagt wird. si, concessiv, wie öfters bei Cic.: excipere, vgl. 35, 148: excipiamus. causas bezeichnet hier die Gegenstände, von denen gehandelt wird, also: Themata, vgl. Tusc. III. 3, 7: poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi, und wird durch das hinzugefügte genera ipsa näher erklärt: Hauptpunkte.

37. 154. tamquam — sic: du hast ganz wie einem Felsen der Lust, d. h. einem Felsen, welchem das Verlangen entgegentreibt und an welchem der wollüstige Mensch scheitert, deinen Sinn der Philosophie zugewendet, vgl. II. 6, 24 u. Tusc. disp. II. 22, 51: ut tamquam hosti, sic obviat dolori. Die Anspielung auf den Fels der Sirenen ist unverkennbar. quam haec cet.: welche aber, oder welche doch.

magna Graecia, für die Einwohner gesetzt, wie Lael. 4, 13: eorum (sc. Pythagoreorum), qui in hac terra fuerunt magnamque Graeciam, quae nunc quidem delata est, tum florebat, institutis et praeceptis suis erudierunt.

ex quo: weshalb, wie Tusc. disp. V. 6, 17: ex quo nec timor nec angor citingat; ebds. I. 12, 28: Ex hac; 13, 30: ex eo. Zum Inhalt vgl. Tusc. disp. IV. 1, 2.

Pythagoras. Nach der jetzt gewöhnlichen Annahme ist Pythagoras um 580 v. Chr. geboren, um 540 nach Italien gekommen und 510 gestorben.

illam sapientiam constituendae civitatis duobus prope saeculis ante cognovit, quam eam Graeci natam esse senserunt; et certe non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores aut auctoritate graviore aut humanitate politiores P. Africano, C. Laelio, L. Furio, qui secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuerunt. Atque ego hoc ex iis saepe audivi, cum 155. dicerent pergratum Atheniensis et sibi fecisse et multis principibus civitatis, quod, cum ad senatum legatos de suis maximis rebus mitterent, tris illius aetatis nobilissimos philosophos misissent, Carneadem et Critolaum et Diogenem. Itaque eos, dum Romae essent, et a se et ab aliis frequenter auditos; quos tu cum haberes auctores, Antoni, miror cur philosophiae sicut Zellus ille Pacuvianus prope bellum indixeris. Minime, 156. inquit Antonius, ac sic decrevi philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet.

illos substantivisch, statt des ungebräuchlichen Plur. von quisquam, wie Tusc. disp. I. 1, 2: quae tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit, ut sit cum maioribus nostris comparanda. Zu tulit vgl. 22, 92.

L. Furius Philus, 136 Consul, nächst Scipio und Lilius durch die Verpflanzung griechischer Wissenschaft auf italischen Boden berühmt; de rep. III. 3: quid P. Scipione, quid C. Laelio, quid L. Philo perfectius cogitari potest? qui — ad domesticum maiorumque morem etiam hanc a Socrate adventiciam doctrinam adhibuerunt.

eruditissimos, besonders den Stoiker Panätius.

ex Graecia: die Heimat oder Herkunft wird von Cic. öfters durch die Präp. ex bezeichnet, z. B. in Verr. V. 54, 149: civem Romanum e conventu Panormitano.

155. cum dicerent, wie 33, 143.

maximis rebus: die Abwendung der für die Zerstörung von Oropus ihnen auferlegten Geldbusse von 500 Talenten; mitterent: im J. 155 v. Chr. Carneades: der Begründer der neueren Akademie, Critolaus Peripatetiker; Diogenes Stoiker.

Zethus hadert in der dem gleichnamigen Stücke des Euripides nachgebildeten Antiope des Pacuvius (s. z. 44, 187) mit seinem Bruder Amphion wegen der von diesem eifrig gepflegten Musik. So z. B. spricht er bei Euripides zu demselben:

πῆθοῦ  
κέρησ' ἑπλοισὶ καὶ δῖνον λῆραν —, und  
ἀλλ' ἐπὶ πῆθοῦ  
πάντα μελωδῶν, πολέμων δ' εὐμονάων  
ἔδει.

156. ac — potius, vgl. z. 18, 74. Das folgende Citat lautete in der verlorenen Tragödie 'Neoptolemus' des Ennius nach Ribbeck:

Philosophari est nihil necesse, ac paucis; nam omnino  
haud placet.

Dégustandum ex eâ; non in eam ingurgitandum censeo. Dieselbe Stelle wird auch Tusc. II. 1, 1 und de rep. I. 18 citirt.

Sed tamen haec est mea sententia, quam videbar exposuisse; ego ista studia non improbo, moderata modo sint; opinionem istorum studiorum et suspicionem artificii apud eos, qui res iudicent, oratori adversariam esse arbitror. Imminuit enim  
38. 157. et oratoris auctoritatem et orationis fidem. Sed, ut eo revo-  
cetur, unde huc declinavit oratio, ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romam venisse dixisti, videsne Diogenem cum fuisse, qui diceret artem se tradere bene disserendi et  
158. vero ac falsa diiudicandi, quam verbo Graeco *διαλεκτικῆν* appellaret? In hac arte, si modo est haec ars, nullum est praeceptum, quo modo verum inveniatur, sed tantum est, quo modo iudicetur. Nam et omne, quod eloquimur sic, ut id aut esse dicamus aut non esse, et, si simpliciter dictum sit, suscipiunt dialectici, ut iudicent, verumne sit an falsum, et, si coniuncte sit elatum et adiuncta sint alia, iudicant, rectene

*exposuisse*, neml. 36, 153; *videbar*: natürlich am Ende der Auseinandersetzung.

38. 157. *Sed, ut revocetur* cet. Andere ähnliche Formen des *reditus ad propositum* sind z. B. Tusc. IV. 2, 5: *Sed ut ad propositum redent oratio*; ibid. V. 23, 66: *Sed redeat, unde aberravit, oratio*; de or. III. 34, 137: *Sed, ut ad Graecos referam orationem* u. a.

*clarissimis phil.*: um zugleich ihre staatsmännische Wirksamkeit anzudeuten; oben 37, 155 steht *nobilissimos*, was die gewöhnliche, wenn auch nicht ausschliessliche Bezeichnung für den wissenschaftlichen oder künstlerischen Ruhm ist.

*videsne*. Cic. sagt immer *videsne, videtisne, videmusne* statt *nonne vides* cet., um den daktylischen Rhythmus zu vermeiden.

*cum fuisse, qui*: distinguierend, um den Diogenes von den zwei anderen Philosophen zu unterscheiden.

*disserendi*. Vgl. Tusc. V. 25, 72: *Sequitur tertia, quae per omnis partis sapientiae manat et funditur, quae rem definit, genera disperdit, sequentia adiungit, perfecta concludit, vera et falsa diiudicat, disserendi ratio et scientia.*

*si modo*, vgl. zu 43, 152.

*nullum est praeceptum* cet. Vgl. Top. 2, 6: *Cum omnis ratio diligenter disserendi duas habet artes, unam inveniendi, alteram diiudicandi, utriusque princeps, ut mihi quidem videtur, Aristoteles fuit; Stoici autem in altera elaboraverunt: iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt ea scientia, quam *διαλεκτικῆν* appellant; inveniendi artem, quae *τοικεῖν* dicitur, quaeque et ad usum potior erat et ordine naturae certe prior, totam reliquerunt.*

158. *Zu et omne* ist das correspondirende Glied *et ad extremum*, das erste Glied aber ist wieder zweithellig: *et suscipiunt — et iudicant*. Sinn: Im einfachen Satz handelt es sich lediglich um die Entscheidung über Richtigkeit oder Unrichtigkeit des Urtheils, im zusammengeetzten, durch Subsumptionen (*adiuncta*) gebildeten Satze darum, ob das Resultat oder der Schlusssatz (*summa*) des Syllogismus (*rationis*) richtig ist.

adiuncta sint et verane summa sit unius cuiusque rationis, et ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus et multa quaerendo reperiunt non modo ea, quae iam non possint ipsi dissolvere, sed etiam quibus ante exorsa et potius detexta prope retextantur. Hic nos igitur Stoicus iste nihil adiuvat,  
159. quoniam quem ad modum inveniatur quid dicam non docet; atque idem etiam impedit, quod et multa reperit, quae negat, illo modo posse dissolvi, et genus sermonis adfert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum. Quod si qui probabit, ita probabit, ut oratori tamen aptum non esse fateatur. Haec enim nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quae non aurificis statera, sed populari quadam trutina examinantur. Quare istam artem totam di-  
160. mittimus, quae in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. Critolaum istum, quem cum Diogene venisse commemoras, puto plus huic nostro studio prodesse potuisse. Erat enim ab isto Aristotele, a cuius inventis tibi ego videor non longe aberrare. Atque inter hunc Aristotelem, cuius et illum legi librum, in quo exposuit dicendi artis omnium superiorum, et illos, in quibus ipse sua quaedam

*exorsa*, vgl. z. 33, 145; *et potius* corrigierend; oder vielmehr; *prope* gehört zu *detexta*. Sinn: Sie gerathen durch ihre Spitzfindigkeiten in unauf löbliche Schwierigkeiten und mit ihren eigenen früheren Behauptungen in Widerspruch.

159. *quae negat* cet., z. B. den Trugschluss und Kettenschluss, vgl. de div. II. 4, 11: *quo modo aut mentientem, quem *πειθόμενον* vocant, dissolvat aut quem ad modum soriti resistat? quem, si necesse sit, Latino verbo licet *αερβαλέν* appellare.*

*fusum ac profluens*: in breitem Fluss dahinströmend, vgl. 15, 64; III. 48, 185; *concisum ac minutum*: abgerissen und zerstückelt, in kleine Sätze zerhackt, griech. *κατακεκομμένη λέξις*.

*ita — ut*: zwar — aber; vgl. 4, 16.

160. *dimittimus*, von dem gesagt, dessen wir nicht mehr bedürfen, oder worauf zu verzichten wir durch äussere Umstände gezwungen werden, *amittere* geschieht durch Sorglosigkeit oder Zögerung, *amittere* aus Geringschätzung; vgl. p. Cacc. 26, 75: *patrimonium unius incommoda dimittitur, sua amitti non potest sine magna incommoda civitatis*; Tusc. disp. I. 6, 12: *qui illas fortunas morte dimiserit.*

*ab Aristotele*, s. z. 14, 58; *aberrare*: 36, 152.

*illum librum*: die nicht mehr vorhandene *τεχνῶν εἰσαγωγή*, eine Zusammenstellung der voraristotelischen Systeme, welche man jetzt nur noch aus dem Werke des Aristoteles kennen zu lernen sich bemühte; vgl. de inv. II. 2, 6.

*illos*: die Topik (s. z. 36, 152) und Rhetorik.



de eadem arte dixit, et hos germanos huius artis magistros, hoc mihi visum est interesse, quod ille eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque viderat, haec quoque aspexit, quae ad dicendi artem, quam ille despiciebat, pertinebant: illi autem, qui hoc solum colendum ducebant, habitaverunt in hac una ratione tractanda, non eadem prudentia, qua ille, 161. sed usu in hoc uno genere studioque maiore. Carneadi vero vis incredibilis illa dicendi et varietas perquam esset optanda nobis; qui nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit; nullam oppugnavit, quam non everterit. Sed hoc maius est quiddam, quam ab iis, qui haec tradunt et docent, postulandum sit.

39. 162. Ego autem, si quem nunc rudem plane institui ad dicendum velim, his potius tradam adsiduis, uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus, qui omnis tenuissimas particulas atque omnia minima mansa ut nutrices infantibus pueris in os inserant. Siu sit is, qui et doctrina mihi liberaliter institutus et aliquo iam imbutus usu et satis acri ingenio

*germanos* (vgl. or. 9, 32: *germanos se putant esse Thucydidas*): die echten, welche diesen Unterricht professionell betrieben, nicht ohne Ironie gesagt.

*despiciebat*. Aristoteles polemisiert wenigstens nicht selten in seiner Rhetorik gegen die Redelehrer seiner Zeit. Vgl. auch de off. I. 1, 4: *eademque modo de Aristotele et Isocrate iudico, quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum.*

*habitarunt*; das Gegenteil steht I. 50, 218: *peregrinum atque hospitem in agenda esse.*

161. *Carneadi vis*, vgl. III. 18, 68: *Hinc haec recentior Academia manavit, in qua existit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades*; ebds. 19, 71: *aut vobis haec Carneadia aut illa Aristotelica vis comprehendenda est.* Zu der Genetivendung vgl. I. 19, 85 *ex orationibus Demostheni.*

*esset optanda*: wenn man nemlich zwischen jenen drei Philosophen wählen sollte.

*maius est quiddam*, vgl. I. 4, 17: *Sed enim maius est hoc quiddam, quam homines opinantur.*

*probarit und everterit*, s. z. 56, 230: *responderit.*

*quam — postulandum sit*. So wird ut bei *quam* nach einem Comp. bisweilen, nach *potius* sogar gewöhnlich ausgelassen. Vgl. in Verr. IV. 34, 76: *quicquid erat oneris —, Segestanis praeter ceteros imponebat, aliquanto amplius quam ferre possent*; Tusc. disp. II. 22, 52: *Zeno proponatur Eleates, qui perpressus est omnia potius quam consocios delendae tyrannidis indicaret.*

39. 162. *uno opere*: in einer einzigen Beschäftigung, d. i. = *perpetuo*; vgl. 10, 40: *unius cuiusdam operis*, u. Hor. carm. I. 7, 5: *sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem carmine perpetuo celebrare.*  
*omnis tenuissim. p.*: lauter ganz kleine Stückchen.

esse videatur, illic eum rapiam, ubi non seclusa aliqua acula teneatur, sed unde universum flumen erumpat; qui illi sedis et quasi domicilia omnium argumentorum commonestret et ea breviter illustret verbisque definiat. Quid enim est, in quo 163. haereat, qui viderit omne, quod sumatur in oratione aut ad probandum aut ad refellendum, aut ex sua sumi vi atque natura aut adsumi foris? Ex sua vi, cum aut res quae sit tota quaeratur, aut pars eius aut vocabulum quod habeat aut quippiam, rem illam quod attingat; extrinsecus autem, cum ea, quae sunt foris neque inhaerent in rei natura, colliguntur. Si res tota quaeritur, definitione universa explicanda est, sic: 164. Si maiestas est amplitudo ac dignitas civitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Romani tradidit, non qui eum, qui id fecisset, populi Romani potestati tradidit. Sin pars 165. partitione, hoc modo: Aut senatui parendum de salute rei publicae fuit aut aliud consilium instituendum aut sua sponte faciendum; aliud consilium, superbum; suum, adrogans; uten-

*illuc*, d. h. ad Aristotelem, vgl. 21, 89: *eodem*, daher qui commonestret. *acula*. Dieselbe Form findet sich I. 7, 28; *sedis*, s. z. 28, 121: *locis*.

163. *ex sua sumi vi*, d. h. aus dem Wesen der zu beweisenden Sache. Ueber *sua* s. z. 47, 195 und zum Inhalt vgl. Aristot. Rhet. I. 2 zu 27, 116 u. Anaxim. art. rhet. c. 7: *εἰσὶ δὲ δύο τρόποι τῶν πείθειν γίνονται γὰρ αἱ μὲν ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων καὶ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἀνθρώπων, αἱ δ' ἐπίθεται τοῖς λεγομένοις καὶ τοῖς πραττομένοις: τὰ μὲν γὰρ εἰκότα καὶ παραδείγματα καὶ τεκμήρια καὶ ἐνθυμήματα καὶ αἱ γνώμαι καὶ τὰ σημεία καὶ οἱ ἕλεγχοί πείσεις ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν πραγμάτων εἰσὶν, ἐπίθεται δὲ δόξα τοῦ λέγοντος μετὰ τὴν βίασαν δόξαι.*

*attingat* = *pertineat ad* —; vgl. de off. I. 22, 76: *Quamquam haec quidem res non solum ex domestica est ratione; attingit etiam bellicam, quoniam vi manumque confecta est*, u. o.

164. *universa vis*: der Gesamtbegriff.

*Si maiestas est*. So konnte Antonius den Norbanus rechtfertigen, als diesem im J. 94 wegen seiner Anklage des Q. Servilius Cäpio (im J. 105) von Sulpicius der Prozess gemacht wurde. Vgl. 47, 197 ff. und de part. or. 36, 105: *non minuit maiestatem, quod egit de Caepione turbulentius: populi enim Romani dolor iustus vim illam excoxit, non tribuni actio; maiestas autem, quoniam est magnitudo quasdam populi Romani in eius potestate ac iure retinendo, aucta potius est quam diminuta.*

165. *consilium*, vgl. III. 1, 2: *quem (Philippum) dixisse constabat videndum tibi esse aliud consilium; illo senatu se rem publ. gerere non posse.* Der ganze Satz enthält einen Rechtfertigungsgrund, dessen sich Carbo in der Vertheidigung des Opimius bediente. Uebrigens ist hier *consilium* ebenso wie 9, 36 *vita* in doppelter Bedeutung gebraucht.

*sua sponte*: selbständig, wofür auch mit Beziehung auf ein bestimmtes Subject *ipse per se* stehen kann.

*superbum* bezeichnet hier die Auflehnung gegen die staatliche Ordnung: revolutionair.

- dum igitur fuit consilio senatus. Si ex vocabulo, ut Carbo: Si consul est, qui consulit patriae, quid aliud fecit Opimius?
166. Sin ab eo, quod rem attingit, plures sunt argumentorum sedes ac loci. Nam et coniuncta quaeremus et genera et partis generibus subiectas et similitudines et dissimilitudines et contraria et consequentia et consentanea et quasi praecurrentia et repugnantia et causas rerum vestigabimus et ea, quae ex
40. 167. causis orta sint, et maiora, paria, minora quaeremus. Ex coniunctis sic argumenta ducuntur: Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moveri, cum Q. Metellum tam pie lugere videatis. Ex genere autem: Si magistratus in populi Romani esse potestate debent, quid Norbanum accusas, cuius tribunatus
168. voluntati paruit civitatis? Ex parte autem ea, quae est subiecta generi: Si omnes, qui rei publicae consulunt, cari nobis esse debent, certe imprimis imperatores, quorum consilii, virtute, periculis retinemus et nostram salutem et imperii dignitatem. Ex similitudine autem: Si ferae partus suos diligunt, qua nos
169. in liberos nostros indulgentia esse debemus? At ex dissimilitudine: Si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia

166. *quod rem attingit*, die vierte Unter-Kategorie der *πλάγιος ἔκθεσις*, von denen bereits die *ἀφ' ἑσῆς*, *partitio*, *mutatio* (Si ex vocabulo) vorher angeführt sind, nach Top. 9, 38: *is locus, qui constat ex eis rebus, quae quodam modo adfectae sunt ad id, de quo ambigitur*: die Kategorie des Zusammenhangs mit dem controversen Gegenstand. Im Folgenden werden die Special-Kategorien derselben aufgezählt. Vgl. die Inhaltsübersicht.

*coniuncta*: Worte von demselben Stamm; *partis*: der klassische Ausdruck für: Arten, wofür *species* seltener vorkommt.

*vestigabimus*, wie III. 23, 88: *quod cum desideriosa delectatione vestiges*.

40. 167. Q. Metellus, der Sohn des Numidicus, erhielt den Beinamen Pius, weil er sich bei dem Tribune Varius fassfällig für seinen im J. 100 verbannten Vater verwendete.

*quid Norbanum accusas*, d. h. und nicht vielmehr das römische Volk selbst?

*cuius tribunatus*: der in seinem Tribunat, eine Personification der Sache, wie p. Mur. 18, 37: *munus amplissimum, quod petito praeturae desiderabat, praetura restituit*.

168. *quorum consilii* — *retinemus*: deren Rathschlägen — wir es zu verdanken haben, dass wir noch besitzen. Dieser Abl. des factischen Grundes kann auch durch *beneficio* mit einem Gen., selbst eines Sachnamens, umschrieben werden; vgl. ad Qu. fr. I 1, 1, § 6: *nostrum consilium beneficio se incolamio fortunam habere arbitrantur*.

*qua nos* —. Diese rhetorische Form des Nachsatzes findet sich besonders nach conditionalen, aber auch nach causalen und temporalen Vordersätzen; vgl. unten § 170 u. Tusc. disp. V. 1, 2; I. 23, 51. Seltener gehen concessive Vordersätze voran, wie oben 11, 45: *ut nemo tradat*.

semper tempus spectare debent. Atque utroque in genere et similitudinis et dissimilitudinis exempla sunt ex aliorum factis aut dictis aut eventis et fictae narrationes saepe ponendae. Tam ex contrario: Si Ti. Gracchus nefarie, praeclare Opimius. Ex consequentibus: Si et ferro interfectus ille et tu inimicus 170. eius cum gladio eruento comprehensus in illo ipso loco et nemo praeter te ibi visus est et causa nemini et tu semper audax, quid est quod de facinore dubitare possimus? Ex consentaneis et ex praecurrentibus et ex repugnantibus, ut olim Crassus adulescens: Non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te isti bonum civem putabunt. Simulasse te et aliquid quaesisse perspicuum est, quod Ti. Gracchi mortem saepe in conditionibus deplorasti, quod P. Africanum necis socius fuisti, quod eam legem in tribunatu tulisti, quod semper a bonis discedisti. Ex causis autem rerum sic: Avaritiam si tollere voltis, mater 171. eius est tollenda, luxuries. Ex iis autem, quae sunt orta de causis: Si aerarii copiosius et ad belli adiumenta et ad ornamenta pacis utimur, vestigalibus serviamus. Maiora autem et minora 172. et paria comparabimus sic: ex maiore: Si bona existimatio divitiis praestat et pecunia tanto opere expeditur, quanto gloria magis est expetenda! ex minore:

169. *spectare* hat in der übertragenen Bedeutung 'auf etwas gerichtet sein oder hinstellen' stets den blossen Acc. bei sich. Vgl. 50, 204.

*nefarie*. Ueber die Auslassung von *fecit* s. z. 9, 38: *id quod multi*.

170. *Ex consequentibus*, d. h. aus den Umständen, welche der Zeit nach der That folgten.

*Ex consentaneis* cet. Diese drei *loci* finden sich in dem folgenden Beispiel vereinigt.

*olim*: bei der Anklage des Carbo durch Crassus, s. z. 25, 106.

*Non, si*. Wird aus einem Bedingungssatz eine negative Folgerung gezogen, so steht immer *non* voran; *isti*: die Richter. Zur Sache vgl. de leg. III. 16, 35: *Carbonis est tertia (lex) de iudicibus legibus deventandis, seditiosi atque improbi civis, cui ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit adferre*.

*proie* (der Ermordung) *socius*. Vgl. ad fam. 9, 21, 3: *Gaius (Carbo) accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur: is et tribunus pl. seditiosus et P. Africanus cum Attulisse (129 v. Chr.) existimatus est*. Mit dem Ausdruck vgl. Brut. 4, 2: *socium potius et consortem gloriosi laboris amiseram*.

*eam legem*: das bewusste Gesetz, neml. *ut eundem tribunum plebi quotiens vellet creare liceret*. Das Gesetz wurde von P. Africanus hintertrieben, vgl. Lael. 25, 36; *in tribunatu*: 131 v. Chr.

171. *serviamus*: Bedacht nehmen auf —, synonym mit *consulere*, wie auch die Composita *insevivere* und *deservire*, durch welche nur der Begriff der Beflissenheit noch gesteigert wird.

172. *ex maiore*. Dass das folgende Beispiel vielmehr einen Beleg für den Schluss *a minore* enthält, ist leicht ersichtlich.

*Hic parvae consuetudinibus**Causa huius mortem tam fert familiariter:**Quid si ipse amasset? quid hic mihi faciet patri?*

Ex pari: Est eiusdem et eripere et contra rem publicam largiri pecunias. Foris autem adsumuntur ea, quae non sua vi, sed extranea sublevantur, ut haec: Hoc verum est; dixit enim Q. Lutatius. Hoc falsum est; habita enim quaestio est. Hoc sequi necesse est; recita enim tabulas. De quo genere toto paulo ante dixi.

41. 174. Haec, ut brevissime dici potuerunt, ita a me dicta sunt. Ut enim si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum, quibus cognitis ipse sibi foderet et id, quod vellet, parvo labore, nullo errore, inveniret, sic has ego argumentorum *recognovi* notas quaerentique demonstravi, 175. ubi sint: reliqua cura et cogitatione eruantur. Quod autem argumentorum genus cuique causarum generi maxime conveniat, non est artis exquisitae praescribere, sed est mediocris

*hic parvae* cet., aus Terenz' Andria I. 1, 83, wo Simo die Empfindung seines Sohnes Pamphilus über das Ableben der jüngst bestatteten Chrysis schildert; *tam familiariter* = *tam dolenter, tamquam familiaris esset.*

*contra rem p.:* zum Nachtheil des Staats, Gegentheil von *e rep.* Daraus ist zu eripere der Dat. *rei publ.* zu ergänzen.

173. *adsumuntur:* die τρόποι ἐπιβητοὶ τοῖς λεγομένοις καὶ τοῖς πραιτοιμένοις, s. z. 39, 163; *sublevantur* = *auferuntur.*

*recita* Die Aufforderung ist an den Gerichtsdiener gerichtet, welcher während der Verhandlung zur Vorlesung öffentlicher Urkunden aufgefordert zu werden pflegte. Vgl. de leg. agr. II. 18, 47: *Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Romani auctionem.*

*paulo ante:* 27, 116.

41. 174. *has ego,* s. z. 32, 139. Zu der ganzen Stelle vgl. I. 46, 203: *equidem vobis, quoniam ita voluistis, fontis, unde hauriretis, atque itinera ipsa ita putavi esse demonstranda, non ut ipse dux essem, quod et infinitum est et non necessarium, sed ut commonstrarem tantum viam et, ut fieri solet, digitum ad fontis intenderem.*

*argumentorum notas,* vgl. or. 14, 46: *idemque (Aristoteles) locos — sic enim appellat — quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio.*

*recognovi* = *recensui:* in der Erinnerung wiederholen, durchgehen, wie in Cat. I. 3, 6: *luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quae iam mecum licet recognoscas;* in Verr. act. pr. 5, 15: *neque enim mihi videtur haec multitudo — cognoscere ex me causam voluisse, sed ea, quae scit, mecum recognoscere;* de leg. III. 16, 37: *non recognoscimus nunc leges populi Rom., sed aut repetimus creptas aut novas scribimus.*

*reliqua* cet., vgl. 35, 150 u. 149. Gemeint ist die Ermittlung und Auswahl der zutreffenden Argumente selbst und ihre Anwendung auf den einzelnen Fall.

175. *non est* cet.; dies zum Bewusstsein zu bringen ist nicht Sache

ingenii iudicare. Neque enim nunc id agimus, ut artem aliquam dicendi explicemus, sed ut doctissimis hominibus usus nostri quasi quaedam monita tradamus. His igitur locis in mente et cogitatione defixis et in omni re ad dicendum posita excitatis nihil erit quod oratorem effugere possit non modo in forensibus disceptationibus, sed omnino in ullo genere dicendi. Si vero adsequetur, ut talis videatur, qualem se videri 176. velit, et animos eorum ita adficiat, apud quos aget, ut eos, quocumque velit, vel trahere vel rapere possit, nihil profecto praeterea ad dicendum requiret. Iam illud videmus nequaquam satis esse, reperire quid dicas, nisi id inventum tractare possis. Tractatio autem varia esse debet, ne aut cognoscat 177. artem qui audiat aut defatigetur similitudinis satietate. Proponi oportet quid adferas et quare ita sit ostendere; ex iisdem illis locis interdum concludere, relinquere alias alioque transire;

einer ansprechend feinen Theorie, welche Vorschriften aufstellt, sondern eines gewöhnlichen Verstandes, welcher zu urtheilen vermag.

*Neque enim,* Begründung des zu ergänzenden Gedankens: darum will ich auch nicht weiter darauf eingehen.

*usus nostri,* Gen. der Ursache, wie in Verr. V. 46, 121: *avaritiae vulnera:* Wunden, welche dir deine Habsucht geschlagen; *monita:* Winke. *effugere,* nicht *fugere,* wegen des von der Jagd entlehnten Bildes *excitatis* (eig. aufjagen, daher: hervorholen, sich vergegenwärtigen); vgl. 34, 147.

176. *ut talis* cet. Vgl. I. 19, 87: *Caput enim (Menodemus) arbitratur esse oratoris, ut et ipse eis, apud quos aget, talis, qualem se esse optaret, videretur* (das *conciliare*); *id fieri vitae dignitate, de qua nihil rhetorici isti doctores in praeceptis suis reliquissent; et uti ei, qui audirent, sic adficerentur animis, ut eos adfici vellet orator* (das *movere*).

*vel trahere vel rapere,* d. h. langsam oder in reissendem Fluge irgend wohin lenken. Jenes geht auf die Ueberredung, dieses auf die Erschütterung.

*Iam illud* cet. Durch den Gedanken an das *conciliare* und *permoveere,* bei welchen oratorischen Thätigkeiten eine ganz besondere Kunst in der Behandlung des rednerischen Stoffes erforderlich ist, wird Antonius veranlasst, vorher noch einige kurze Bemerkungen über die *tractatio* der *argumenta,* deren *loci* er bis jetzt nur angegeben hat, nachholend hinzuzufügen.

177. *Proponi* (s. z. 8, 33) — *ostendere.* In Bezug auf den Wechsel des *genus verbi* vgl. Brut. 52, 196: *opinionem quaeri voluntates et interpretatione disertorum scripta simplicium hominum pervertere.* Mit *similitudinis satietate* vgl. § 175: *usus nostri,* und hinsichtlich des Inhalts III. 50, 193: *Horum vicissitudines efficiunt ut neque ei satientur, qui audient, fastidio similitudinis nec nos id, quod facimus, dedita opera facere videamur.*

*concludere:* einen vollständigen Schluss bilden; *relinquere* (neml. das *concludere*) = *missum oder reliquum facere,* wie I. 15, 68: *duo illa relinquamus atque largiamur inertiae nostrae.*

saepe non proponere ac ratione ipsa adferenda quid proponendum fuerit declarare; si cui quid simile dicas, prius ut simile [dicas] confirmes; deinde quod agitur, adiungas; interpuncta argumentorum plerumque occulas, ne quis ea numerare possit, ut re distinguantur, verbis confusa esse videantur.

42. 178. Haec properans ut et apud doctos et semidoctos ipse percurro, ut aliquando ad illa maiora veniamus. Nihil est enim in dicendo, Catule, maius, quam ut faveat oratori is, qui audiet, utique ipse sic moveatur, ut impetu quodam animi et perturbatione magis quam iudicio aut consilio regatur. Plura enim multo homines iudicant odio aut amore aut cupiditate aut iracundia aut dolore aut laetitia aut spe aut timore aut errore aut aliqua permotio mentis quam veritate aut praescripto aut iuris norma aliqua aut iudicii formula aut legibus.
179. Qua re, nisi quid vobis aliud placet, ad illa pergamus.

ac, wie 37, 156: ac potius.

simile: ein analoger Fall des in Rede stehenden Objects.

ut . . . confirmes war nach oportet, das sonst bei Cic. nicht mit ut verbunden wird, möglich, weil dem Schriftsteller an dieser Stelle bereits der allgemeine Begriff des Vorschreibens vorschwebte.

interpuncta argumentorum, wie III. 46, 181: interpuncta verborum: Pausen oder Absätze zwischen den einzelnen Beweisgründen, damit durch kunstvoll vermittelnde Uebergänge (verbis confusa) der Charakter der natürlichen Uebersetzung gewonnen und der Eindruck einer mechanisch gebildeten Zahlenreihe vermieden werde. Zu confusa = eunimeta vgl. Tusc. disp. I. 11, 23: Oportet equidem utrumque, si posset, sed est difficile confundere; de fin. V. 23, 67: coniunctio confusaque virtutum.

42. 178. Der Begriff properans percurro wird zweifach motiviert: sowohl durch das Bedürfnis der Zuhörer (s. 41, 175), als auch durch das unzulängliche Wissen des Redners.

